PLATO

PLATONIS

PROTAGORAS.

blue

RECENSUIT,

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

EDITIO SECUNDA MULTIS PARTIBUS AUCTA ET EMENDATA.

GOTHAE
SUMPTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.
MDCCCXL.

Londini apud Black et Armstrong.

PLATONIS

PROTAGORAS.

PRAEFATIO
AD
PROTAGORAM.

Protagoram Abderitam primum ferunt sese non dubitavisse *) appellare sophistam: quod quidem ita esse ipse Plato quoque in cognomine hoc dialogo p. 349. A., quo loco eum de sua professione dicentem fecit, non obscure significat. Et certe magnificum quiddam fuit, in quo ille se praeter ceteros excellere existimabat, ut mirum videri non debeat voluisse eum sapientiae opinionem, quam affectabat, etiam nomine sapientis assumto augere atque confirmare. Nam ut taceam de inventis illis, quibus philosophiae doctrinam locupletavit **), aperte ille se virtutis magistrum ausus est profiteri, ac praeter hanc ipsam professionem iactavit etiam artis dialecticae maximeque eloquentiae iudicialis docendae eximiam facultatem, invexitque primus notissimum illud *τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν*. Qua utraque re id consequutus est, ut Platone teste ***) quadraginta fere annos magistri munus maxima cum laude obierit eiusque disciplina ab omnibus studiosissime sit expetita.

---

*) V. Suidas in v. Protagoras. De vita et doctrina huius Sophistae v. Diog. L. IX, 8 sqq., ut taceam recentiores scriptores, qui de eo exposuerunt.

**) De his v. Prolegg. ad Theaetetum.

***) Menon. p. 91. E.

Nec mirum est virtutis nomen plures adolescentes atque viros tunc ad se advertisse, quam fieri plerumque solet. Quam enim Protagoras aliique intelligebant virtutem, ea longe alia erat quam quae vulgo dici haberique solet *). Quippe abusus ille nominis ambiguitate non honestatis ac probitatis pollicitus est disciplinam, sed illud potius egit, ut prudentiae civilis ac domesticae artifex haberetur, siquidem eius institutio omnis maxime ad politicam et oeconomicam rediit **). Quis est autem quin sponte videat hanc viri eruditi et praeclaro praediti ingenio professionem mentes animosque hominum eo vehementius percellere debuisse, quo magis inter Athenienses illis temporibus regnabat publicorum honorum cupiditas maláque ambitio? Nimirum ita paene necessitate quadam factum est, quod factum esse novimus, ut fere nullus esset laudis cupidior adolescens, quin se tali disciplina et institutione frui quam maxime vellet. Ac tanto vehementius haec studia plurimorum hominum excitata sunt, quod Protagoras consilio sane prudentissimo cum institutione ad virtutem civilem coniungebat artis dicendi disciplinam, qua ii omnes vel maxime indigere videbantur, qui vellent in sua ipsorum civitate ad aliquam gloriam et auctoritatem pervenire. Etenim quidquid vel ad disserendi subtilitatem vel ad dicendi facultatem pertinere videretur, id omne ille doctrina et institutione sua complexus est. Itaque operam dedit grammaticae ***), quam etiam scriptis illustravit; tractavit item rhetoricam, cuius efficaciam atque vim augere et amplificare studuit adsumta poetarum interpretatione, quae singulorum locorum sententias subtiliter rimaretur ****); sed omnium studiosissime elaboravit in dialecticis, ut adeo Socraticam disputandi rationem quodammodo praeivisse vel formavisse indicatus sit †). Quanquam eo in genere argutae subtilitati atque acumini tantum tribuit ††), ut

---

*) V. Prolegg. ad Menonem.

**) V. Plat. Protag. p. 319. A. Men. p. 91. A. Euthydem. p. 273. D.

***) V. Plat. Phaedr. p. 267. C. Cratyl. p. 391. A.

****) V. Plat. Prot. p. 336 sqq. Themist. Oratt. XXXIII. p. 289.

†) V. Diog. Laert. III, 37. IX, 57.

††) V. Plat. Soph. p. 232. D. Diog. L. IX. 55.

qui sectati sunt eius disciplinam, ii mox in malam quandam deferrentur contra omnia disserendi consuetudinem, quae nihil non callidè perverteret ac variis usa calumniationibus vel ea, quae aperta ac manifesta deberent esse, rursus in dubitationem vocare conaretur *). Quum igitur homo doctissimus ista omnia profiteretur nullumque disputationis genus a se alienum esse diceret **), facile apparet, cur si a Gorgia discesseris, ceterorum sophistarum famam longissime apud Graecos superaverit ac tanto in honore sit habitus, ut eum paene tanquam aliquem deum venerarentur ***).

Haec igitur fuit nobilissimae illius disciplinae ratio, quam Protagoras profitebatur. Qui si quis alius, profecto sibi illud debuit certissime persuasisse virtutem doceri posse. Alioquin enim fieri nullo modo potuit, ut se palam profiteretur illius magistrum.

Longe alia fuit Socratis de his rebus sententia, alia illius ratio ac disciplina. Qui, etsi in quibusdam cum istis opinionibus convenisse videri potest, tamen re accuratius considerata ab iis dissensit plurimum. Nam primum quidem ille virtutem neutiquam referebat unice ad vitae utilitates atque commoda, sed inesse volebat in eo, quod bonum et honestum esset, et in animo honestorum consiliorum factorumque sibi conscio ****). Deinde Protagorei quum propter id ipsum, quod virtutem ad commoda et utilitates maxime referebant, si verum quaerimus, omnem ad illam institutionem ad unam opinationem et quandam hariolandi coniiciendique sollertiam revocarent, hic quod virtutem non putabat in rerum fluxarum et incertarum studio contineri, sed ad id, quod in se bonum esset et honestum, spectare volebat, recti bonique sensum ac scientiam, quae interiore quadam animi confisione niteretur, ad eam plane necessariam esse iudicavit. Quamobrem si quaerebatur illud, quod sophistae utique affirmabant, possetne virtus doctrina et institutione comparari, quam quaestionem con-

---

*) V. Prolegg. ad Euthydem.

**) Plat. Prot. p. 334. C. 335. B. al.

***) V. Plat. Protag. p. 315. A sqq. De Rep. X. p. 600. C.

****) Ita certe de Platonico Socrate statuendum. Aliter sane Socrates Xenophonteus, de quo v. Dissen. De philosophia morali in Xenophontis Mem. Götting. 1812.

stat inter Socraticos et sophistas studiosissime agitatam esse *), non poterat aliud quid ex his disputationibus consequi, quam ut e ratione sophistarum, quippe quorum tota virtus certo careret fundamento, admodum dubius et incertus videretur omnis ad virtutem institutionis fructus; quum Socratis sententia, qui virtutem omnem a boni cognitione officiique persuasione repetebat, utique fieri liceret, ut rimandis explicandisque mentis notionibus ad virtutis constantiam et firmitatem adduceremur. Tertia sententiarum diversitas pertinet ad singularum virtutum necessitudinem et coniunctionem. Socrates enim, quum vim et naturam virtutis omnem in una scientia maxime contineri sibi persuasisset, hanc ipsam ob causam etiam virtutem omnem in se unam esse atque simplicem rectissimo iudicio statuit. Quanquam ille neutiquam sustulit singularum virtutum discrimina, quas tanquam diversos unius solis radios spectari oportere iudicabat. Ita igitur facillime perspexit, quae esset earum coniunctio ac necessitudo. Quid vero Sophistae? Nimirum hi, quum varia esset et vero etiam instabilis quam docebant rerum vel utilium vel iucundarum nanciscendarum ratio ac scientia, profecto nec certum habebant fundamentum, quo virtutem istam suam inniti arbitrarentur. Quamobrem hac in re misere semper fluctuabat eorum iudicium. Quodsi enim de singularum virtutum interrogabantur coniunctione ac necessitudine, quum non unam aut immutabilem sentirent esse venandae consequendaeque utilitatis vel iucunditatis rationem, nec commune reperiebant vinculum, quo omnes inter se continerentur, nec tamen negare poterant virtutes omnes inter ipsas arctius cohaerere. Quocirca consilii inopes modo singulas distinguebant, modo sublato omni earum discrimine unam tantummodo esse aiebant. Quae quidem opinionis fluctuatio et inconstantia certissimo sane argumento fuit eos penitus ignorare, quidnam illud esset, in quo vera virtutis vis et natura cerneretur.

Sed haec atque alia multa quum possent unumquemque satis edocere, quanti facienda esset ista virtutis disciplina, tamen dici non potest quam multos ea

---

*) V. Euthydem. p. 274. D. — 275. B. 282. C. Gorg. p. 519. C. Men. p. 70. A. al. Cratyl., ad quos libros v. Prolegg. nostra.

nacta sit amicos et assectatores. Blandiebatur enim mirifice hominum lubidini et ambitioni. Quamobrem Socrates inprimis id operam dedit, ut perversitatem eius demonstraret, id quod eo facilius suscipere potuit, quod sibi penitus persuaserat vim naturamque virtutis omnem in scientia repositam esse, h. e. in boni et honesti cognitione cum certa officii conscientia copulata. Nam ita quum sentiret, ad vanam istam detegendam virtutis speciem plurimum valere dialecticam facile existimare potuit.

Atque huius ex disciplina profectus Plato eandem persequutus est viam, adeo ut hinc maxime philosophandi initium fecisse videatur. Nam quum et ipse pro ingenii sui acumine vanitatem ac perversitatem opinionum sophisticarum perspiceret; ex quo tempore philosophiae quasi tirocinium posuit, nihil sibi studiosius putavit agendum esse, quam ut sophistarum rationem scriptis suis exagitaret, et, quanto praestabilior esset Socratica disciplina, eo modo doceret, ut illorum inscitia et ignorantia detegeretur. Quum enim ipse tunc quidem magistri sequutus sententiam virtutem in scientia positam putaret, quantum illi ab hac scientia abessent eo maxime docuit, quod eos identidem ostendit a vera dialectica multum abhorrere, virtutis notitiam habere nullam, genera notionum atque partes pessime inter se confundere, denique miscere omnia atque miserrime conturbare. Distinxit autem philosophus iam mature varios ac diversos virtutis quasi gradus, prouti ea ad scientiae constantiam et aequabilitatem vel propius accederet vel longius inde abesset. Nam alios censuit temerario quodam casu et coeca consuetudine, quae rationis lumine careret, bene honesteque agere; alios vidit divina quadam ingenii felicitate ad bonum rectumque ferri, quibus quidem *θείᾳ μοίρᾳ* virtutem obtingere arbitratus est *); alios denique indicavit ita bene facere honesteque vivere, ut consiliorum factorumque suorum rationem exploratam haberent. Et priora quidem virtutis genera, quae vel a casu et fortuna vel a divini numinis favore et benignitate proficiscerentur, etiam imperitae multitudini et hominibus a philosophia alienis concessit: tertium autem genus, quod

*) Nam ita illud *θείᾳ μοίρᾳ* intelligendum esse vel unus ille docet locus Legg. I. p. 642. C.

unice virtutis nomine dignum habuit, quippe quod cum boni honestique cognitione et recti conscientia coniunctum esset, veris philosophis tanquam proprium vindicavit. Quam quidem sententiam suam illustravit sic, ut unum germanum philosophum, Socratem, huius virtutis perfectae et consummatae participem esse docuerit, sophistas autem et viros civiles vel casu tantum et fortuito, vel munere quodam divino (*θείᾳ μοίρᾳ*), h. e. singulari quadam naturae bonitate divinitus accepta, ad minorem quidem virtutis praestantiam, at ad virtutem tamen aliquam pervenire posse non sine quadam cavillatione affirmaverit et contenderit *).

Putamus autem Platonem in hoc argumento illustrando ita versatum esse, ut a singularum virtutum consideratione initium fecerit, ac deinde paullatim ad alios locos finitimos pervestigandos transierit. Quod ut ita statuamus, quum ipsa rei natura, tum eorum dialogorum, qui huc pertinent, ratio et argumentum suadere videtur. Accedit, quod inter eos libros sunt, quos ante Socratis mortem literis consignatos esse satis certo exploratum habemus. Itaque in Lachete et Charmide in uno Socrate veram et philosopho dignam fortitudinem fuisse ita docetur, ut vulgares de his virtutibus opiniones ad normam philosophiae Socraticae exigantur lepideque perstringantur; similiter in Euthyphrone illi uni maxime pietas vindicatur, dum ceteris abiudicatur, utpote superstitioni addictis; in Menone porro explodantur sophistae ac viri civiles, quorum alteri sibi temere virtutis scientiam docendaeque facultatem arrogabant, alteri in summo sophistarum contemtu tamen praeclara virtutis civilis exercitatione, quam sibi scilicet propriam esse volebant, inani fastu superbiebant; quibus omnibus dum ea tantummodo virtus, si quae insit, relinquitur, quae scientia sit destituta, et una recta opinatione aut naturali quadam ingenii bonitate contineatur, consequens est, ut in Socrate tantummodo ea sapientia inesse existimanda sit, quae omni virtuti fundamenti loco subesse debeat. Pertinet denique huc etiam Euthydemus, in quo opere explosit vanam illam garrulamque sophistarum,

---

*) Neque enim credimus Platonem hancce virtutem scientia carentem vulgo hominum sine contemtione quadam attribuisse.

maximeque Protagoreorum, dialecticam, quae se perquam ridicule virtutis magistram iactabat.

Iam vero cum his libris omnibus maximam cognationem ac necessitudinem habet Protagoras. Quem si quaeris quorsum pertinere arbitremur, paratam habemus responsionem satis, opinor, idoneam. Nam festive reprehenditur in hoc sermone ac nulla esse docetur virtutis ista disciplina, quam vel maximus et celeberrimus virtutis magister ille profitebatur. Ex quo sponte apparet, quam arcto vinculo hic dialogus cum iis libris omnibus contineatur, quos modo significavimus. Nam quum in illis scriptis vel de singularum virtutum natura vel de argutae dialecticae ad virtutis institutionem abusu disseratur: tum in hoc libro ipsa virtutis disciplina laudatissima quam nihili aestimanda sit, eleganti et copiosa disputatione evincitur. Fit autem hoc duplici ratione, siquidem et ipsae opiniones, quas de virtute informatas tenebant istiusmodi virtutis doctores tanquam incertae atque falsae arguuntur, et sophisticam docendi rationem ostenditur ad verum inveniendum aut pervestigandum fere nihil valere. Quod utrumque quomodo perficiatur, age paucis exponamus.

Itaque primum quidem probatur hoc, magnificos istos virtutis promissores rerum gravissimarum ignoratione captos teneri, quas scire vel maxime eorum interesse debeat, qui talia profiteantur. Nam ne illud ipsum quidem ab iis posse diiudicari, num aut quatenus virtus doctrina et institutione comparari queat. Quippe referri ab iis virtutem solere ad res vel publicas vel domesticas bene prudenterque gerendas, et ad consequenda externa vitae humanae commoda atque utilitates; ignorari autem veram virtutis indolem et naturam, in recti honestique conscientia positam; inde evenire, ut nec intelligant aut perspiciant, quanam necessitudine et coniunctione singulae virtutes inter se contineantur; nam quum singulas a ceteris seiunctas ac separatas alicui impertiri posse statuant, tamen vel captiosis et ad veri speciem compositis argumentationibus facile eo perduci, ut eas omnes unum idemque esse ultro largiantur; at, si quis iis significet scientia tanquam fundamento illas niti, hanc ipsam scientiam protenus ab iis referri ad callidam quandam prudentiam, qua res iucundae et iniucundae, utiles aut inutiles, discernendae sint, quo quam pluri-

PLATO

PLATONIS

PROTAGORAS.

blue

RECENSUIT,

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

EDITIO SECUNDA MULTIS PARTIBUS AUCTA ET EMENDATA.

GOTHAE
SUMPTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.
MDCCCXL.
Londini apud Black et Armstrong.

PLATONIS

P R O T A G O R A S.

Enimvero Socrates Platonicus quum ipse sic sentiat, ut virtutem in boni honestique cognitione consistere arbitretur, virtutem autem istam civilem, cuius doctores sophistae volebant videri, incerto casu et temeraria tantum rerum utilium aut iucundarum hariolatione ac veluti divinatione contineri existimet, profecto non sine idonea causa ambigit, num fieri queat, quod Protagoras profitetur. Quamobrem eum rogat, ut ipsum edoceat meliora.

Itaque Protagoras, precibus eius satisfacturus, more sophistarum longam orditur orationem. Quae quo magis capiat deliniatque audientium animos, exordium ducit a fabulae narratione ad rem praesentem satis lepide excogitatae. Quum tempus, inquit, venisset, quo ordine fatorum varia animalium genera ex telluris gremio in solis lucem prodirent, Prometheo et Epimetheo hoc muneris a diis mandatum est, ut singulis vires facultatesque suas tribuerent. Rem Prometheo absente suscipit Epimetheus, atque ita administrat, ut aliis robur, aliis pernicitatem, aliis alia largiatur, prudenter id curans, ne quod genus interire aut ab aliis deleri possit. Sed ecce! peracta munerum distributione nihil reliquum videt, quo genus hominum ornet. Dum inops consilii haeret, quid faciendum sit, improviso advenit Prometheus. Hunc vero sortis humanae valde poenituit. Itaque ne genus hominum nudum et inerme relinqueretur, artis facultatem cum igne Vulcano et Minervae surripuit eamque hominibus impertiit. Verum enim vero etsi illi insigni hac facultate egregie erant ornati, tamen, quum civitatis ordinandae gubernandaeque arte etiamtunc carerent ideoque dispersi habitarent, bestiarum impetui impares misere ab iis dilaniati perierunt. Itaque mutui auxilii gratia condiderunt societates atque urbes, quo ferarum arcerent crudelitatem. At enim haec res nullam iis attulit salutem. Nam vix coierunt, quum intestinis bellis subito coortis rursus dissipantur ac denuo pristinae fortunae crudelitati obiiciuntur. Tum vero Iovem tangit generis humani misericordia. Ne igitur funditus illud deleretur, Mercurium in terras demisit, qui feris hominum pectoribus iustitiam et pudorem iniiceret. Hinc vero, ita pergit Protagoras, hinc factum est, ut homines antea dispersi conderent urbes et civitates, civilisque societatis vinculis coniuncti vivere inciperent. P. 320 C. — 322. D. Hac autem ratione quoniam omnes pariter

iustitiae et pudoris participes facti sunt, mirandum non est, quod in publicarum rerum deliberationibus cuivis sententiae suae publice dicendae potestas datur. Sed quum omnes iustitiae et pudoris munere fruantur, tamen homines virtutem non casu et fortuna sibi contingere, sed institutione, disciplina, exercitatione comparandam esse arbitrantur, ut plane mecum consentiant. Etenim qui naturae culpa in se habet turpitudinem, eum tantum abest ut puniant, ut omnes talis fortunae misereat; si quis autem vitiis laborat, quae a socordia aut inertia proficiscuntur, eum vero castigant ac gravissimis poenis afficiunt, idque non alio consilio, nisi ut malefici ad bonam frugem revocentur, ceteri autem de vitiis fugiendis admoneantur. Neque illud, quod de filiis clarorum et excellentium virorum dictum est, ullo modo videtur demonstrare virtutem doceri non posse. Etenim communi hominum consensione iustitia, temperantia, aliae virtutes, omnibus civibus tam necessariae iudicantur, ut sine iis respublica stare posse nullo pacto videatur. Quocirca universa educatio, quum privata tum publica, eo spectat, ut iuvenes, quantum fieri possit, ad virtutis exercitationem conformentur. Neque dicere recte licet hac ratione nihil profici. Imo vero omnes aliquatenus certe ad virtutis rationem facultatemque adducuntur, id quod cognosci facile potest comparatione rudium et barbarorum hominum cum gentibus eruditis instituta. Itaque ne ii quidem, qui a parentum virtute desciverunt, propterea degeneres habentur, quod omni omnino virtute destituti sunt, sed quia propter minorem ingenii bonitatem ad maiorum suorum praestantiam pervenire non potuerunt. — Finita hac oratione Protagoras denuo se profitetur virtutis magistrum, suamque disciplinam ait multo grandiore dignam esse pretio, quam quod ipse a discipulis exigere soleat. P. 322. D. — 328. D.

Videmus hic primum sophistam quasi specimen quoddam exhibere institutionis suae. Habet enim copiosam et multis verborum lenociniis exornatam orationem, qua Socrati persuadere conatur virtutem, etiamsi omnibus communis quaedam prudentia civilis tribuenda videatur, tamen utique doctrina et institutione comparari posse. Quod exinde explicat, quod Mercurius, qui feros cultus hominum formaverit, Iovis iussu omnibus iustitiam et pudorem iniecerit, eoque homines a fera et agresti vita avocaverit; hic ipse vero iustitiae et pietatis sensus cul-

tura et exercitatione indigeat. Verum etsi in his quaedam vera insunt, tamen ordo sententiarum adeo est perturbatus atque notionum ea est obscuritas, ut quid rei sit ex his minime possit intelligi. Quod ipsum argumento est longas illas atque splendidas sophistarum declamationes, praesertim ubi argumenta tractent e fabulis petita, ad persuadendum aptas esse minime iudicari licere. Atque id ipsum etiam Socrates Platonicus ita iudicat.

Quod enim speraverat sophista, se hac oratione sua Hippocratis et Socratis animos esse deliniturum, id adeo non consequitur, ut ei deinde hoc declamitandi genus totum relinquendum sit. Socrates enim, ut perpetuum istud orationis flumen quasi restinguat et obstruat, sese admodum obliviosum simulat esse, ita ut quae in longioribus eiusmodi sermonibus dicantur mox sibi e memoria rursus excidant. Praeterea se orationum habendarum plane imperitum dicit. Rogat igitur Protagoram, ut hac molestia ipsum levare et interrogando respondendoque negotium secum transigere velit. Quibus precibus sophista eo lubentius concedit, quod ita novam artis suae ostentandae occasionem sibi oblatam arbitratur. Tum vero Socrates, simulans se Protagorae, virtutem doceri posse affirmanti, facile fidem habere, sermonem infert de alio argumento: quod tamen cavendum est ne temere fieri existimemus; cohaeret enim haec disputatio utique arctissime cum rei antea tractatae quaestione, nec frustra Socrates se ait Protagorae opinioni accedere; nam ita significat e ratione quidem Socraticorum id sane fieri posse concedi oportere; id quod ex parte colloquii extrema clarissime perspicietur. Quum enim Protagoras in superioribus plurium virtutum mentionem iniecisset, Socrates nunc ex eo quaerit, utrum hae omnes pro una tantum eademque virtute habendae videantur, an variae unius virtutis partes iudicandae sint. Amplectitur sophista posteriorem sententiam. Itaque ille: Si igitur sunt, inquit, o bone, unius partes virtutis, hae ipsae partes aut plane eandem habere possunt naturam, quam totum, quemadmodum auri particulae a toto non differunt; aut inter se diversae poterunt esse sic, ut singulae suam sibi propriam habeant naturam, veluti partes faciei, os, nasus, oculus, a se invicem differunt. Utrum igitur tibi placet? Probat sophista eam rationem, qua singulae virtutes inter se diversae iudicantur. Hoc vero

eius iudicio ita utitur Socrates, ut eum dehinc dialectica subtilitate in summam consilii inopiam coniiciat. Colligit enim inde satis captiose rebus ita comparatis iustitiam, quippe quae a sanctitate diversa sit, plane nihil sanctitatis esse habituram, ac vicissim, sanctitati nihil fore commune cum iustitia. Respondet quidem ad haec Protagoras iustitiam ac sanctitatem non per omnia sibi similes esse, nec tamen etiam prorsus dissimiles videri. Sed etsi verissima est haec eius sententia, tamen comparatione illa a partibus faciei repetita in fraudem inductus et quid sit, in quo omnis virtutis natura contineatur, ignarus sese ex his difficultatibus adeo non potest expedire, ut iustitiam ac pietatem non inter se differre concedere coactus Socrati porro respondere gravetur. P. 328. D. — 332. A.

Hoc loco utique aliquis miretur, quod Socrates protenus pergit ad quaestionem de virtutum inter se vel diversitate vel convenientia. At enim vero reputandum est universae argumentationis, qua sermonis summa continetur, rationem hanc fere esse: Si virtus est scientia, potest disciplina et institutione parari; est autem scientia, ergo disciplina parari potest. Verum ne Protagoras statim ab initio sentiat, quo res evasura sit, Socrates disputationem iam sic exorditur, ut virtus num una tantum sit sciscitetur. Quo quidem demonstrato denique id, quo omnis virtus contineatur, scientiam esse evincit; et hinc, si id verum sit, iam exeunte sermone illam doceri posse significat. Hic igitur quum sit universae disputationis ordo ac progressus, facile apparet, cur iam quaestio de virtutis unitate inferatur. Egregie vero ita institutum est, ut Protagoras primum statuat singulas virtutes ita inter se discrepare, nulla ut cum alia quidquam commune habeat. Nam sophistae eas utique ita segregabant atque distinguebant, ut unamquamque putarent per se solam et a ceteris seiunctam disci et exerceri posse: praeterea etiam nullum agnoscebant commune earum vinculum, quo inter ipsas continerentur; de qua re iam antea diximus. Sed ubi idem sensit absurdum esse, quod iudicaverat, iustitiae et sanctitati nullum plane esse commercium, protenus in eam compellitur consilii inopiam, ut qua ratione pietas et iustitia possit diversa haberi ideoque non una eademque sit, nullo modo ostendere queat. Nimirum ita facile apparet egregium scilicet virtutis magistrum naturam eius rationem-

que minime perspectam habere neque in dialecticis vel mediocriter esse exercitatum. Sed haec paucis exposuisse sufficiet. Pergimus ad ea, quae deinceps disseruntur.

Itaque Socrates, missa huius rei disputatione, repente ad alia progreditur, scilicet similibus laqueis hominem deinceps denuo irretiturus. Estne, inquit, uni rei semper unum tantum contrarium, veluti parvo magnum, bono malum, turpi honestum opponimus? Ait ille. Quid igitur? respondet Socrates; itane etiam singulae virtutes, quas commemorabas, tantummodo unum quiddam habebunt contrarium, veluti sapientiae opposita erit insipientia? Rursus assentitur Protagoras. Tum vero ille hoc superioribus adversari arguens s a p i e n t i a m et prudentiam unum idemque esse probare conatur, quemadmodum antea iustitiam et pietatem non inter se differre captiose concluserat. Quid? inquit: haeccine adversantur iis, quae antea de partibus virtutis inter se diversis et contrariis dixisti? nam secundum ista sapientiae praeter insipientiam etiam prudentia erat opposita. Quum igitur uni rei unum semper sit contrarium, rectius utique s a p i e n t i a m et p r u d e n t i a m a se invicem nihil differre statuemus. P. 332. A. — 333. B. — Sed pergamus, inquit, ad alias virtutes, videamusque, quae tandem inter p r u d e n t i a m et i u s t i t i a m ratio intercedat. Potestne fieri, ut vir iniustus agat prudenter? Respondet ad haec sophista vulgo quidem certe ita videri. Itaque hanc quoque sententiam refutaturus Socrates prudentiam et iustitiam pro una eademque virtute habendas esse hac fere argumentatione demonstrare instituit. Omnes, inquit, ea, quae sibi utilia esse putant, unice appetere solent. Quae sunt utilia, ea etiam bona. Qui facit quae bona sunt, is recte facit. Qui recte facit, prudenter facere iudicandus est. Quum igitur qui prudenter agit faciat item recte, sequitur ut, si quis iniuste agit, is neutiquam prudenter agere putari debeat. Nemo enim prudens quae iustitiae adversantur velle unquam potest. Unde colligitur i u s t i t i a m et p r u d e n t i a m s. t e m p e r a n t i a m non esse diversas virtutes. P. 332. A. — 333. E.

Nemini facile obscurum erit, hoc quoque loco Protagoram argutis conclusiunculis deludi atque callide eo permoveri, ut quum antea virtutes omnes inter se plane seiunctas ac separatas esse iudicaverit, tamen iam sapientiam (σοφίαν) et σωφροσύνην, itemque σωφροσύνην et

iustitiam idem esse largiatur. Sed haec demonstratio ne ad iustae argumentationis perspicuitatem perducatur, prohibet Protagorae pervicacia, qui ne rursus Socrati concedere cogatur, bona semper utilia esse praefracte negat. Rogante autem Socrate, an quae nemini sint utilia bonorum nomine recte appellari queant, longam orditur orationem, in qua non sine speciosa doctrinae ostentatione, quod huic bonum sit, idem alteri damnum afferre docet, plurimasque res enumerat, quae modo utiles, modo noxiae sint, scilicet hac ratione audientium animos ad sui admirationem abrepturus atque artem Socratis dialecticam callide elusurus. P. 333. E. — 334. C. Nec vero negari potest Protagoram recte iudicare utilitatem rerum variam esse et multiplicem nec per se constantem. Quamobrem utique quod iam bonum alicui esse videtur, idem alteri malum esse potest. At enim vero alia certe sententia Socratis est, qui quod arctissimam statuit inter bonum atque utile necessitudinem et coniunctionem, non tam utile pro bono habuit, quam quidquid bonum esset, idem in se utile esse arbitratus est. Qua de re disputat apud Xenoph. Mem. IV, 6, 8. et Plat. Menon. p. 88., ubi recte: *πάντα γὰρ τἀγαθὰ ὠφέλιμα,* nec inverso ordine: *πάντα γὰρ τὠφέλιμα κἀγαθά.* Hoc ipsum igitur Socrates Platonicus ei, quam alibi prodidit, doctrinae convenienter ita urget, ut inde argumentum suae sententiae repetat. Quanquam nemo erit quin videat callide deludi Protagoram, ubi ex eo, quod qui iniuste faciat, is neutiquam agat *σωφρόνως*, protenus colligitur iustitiam et *σωφροσύνην* unum idemque esse. Verum redeamus ad sermonem Platonicum.

Etsi igitur Protagorae familiares illius orationis copiam ac splendorem admirantur, tamen Socratem non fugit fraudulentum illius consilium. Rogat igitur sophistam, ut missis splendidarum orationum ambagibus breviloquentia utatur, in qua et ipsa sese excellere dixerit. Ille vero iniquum putat sibi praescribi, quemadmodum disputandum sit. Quibus auditis Socrates, nugarum sophisticarum impatiens, abrupto sermone discessum parat. Hic vero amici eum obnixe rogant, ut ne discedat, precibusque suis id efficiunt, ut non modo remaneat, verum etiam rursus cum Protagora sermonem conferre velit. Quoniam autem declamationes longiores omnino censet a colloquio arcendas esse, sophistae respondendi interrogandive optione data, ipse iam respondentis suscipit partes, ita qui-

dem, ut, postquam ille interrogando sibi satisfecerit, vicissim illum sit interrogaturus. Postquam igitur de his inter eos convenit, Protagoras magnam liberalioris eruditionis partem positam esse censet in carminibus interpretandis, ideoque de dicto illo Simonidis, difficile esse virum bonum fieri, sese disputare velle profitetur. Itaque docere conatur poetam inepte loqui et secum pugnantia dicere. Scilicet magni acuminis laudem aucupatur homo vanissimus, poetam celebratissimum erroris coarguens. Sed vana haec eius superbia gravissime castigatur a Socrate, qui deinde sophistam et ipsum erroris coarguit. Hic enim postquam admirabili cum irrisione Lacedaemonios et Cretenses laudavit tanquam sophistas antiquissimos et breviter acuteque dictis clarissimos, idem illud carmen Simonideum ita interpretatur, ut Protagorae sententiam per omnia refellat, atque poetam, Pittaci dictum aliquod reprehendentem, haec fere dicere demonstret: „Difficile esse virum bonum fieri, ac falli Pittacum, qui virum bonum esse vel manere difficile esse dixerit: hoc enim in solos deos cadere; humanae imbecillitati esse negatum *).“ P 334. C. — 347. A.

Atque hanc Socraticam carminis interpretationem mirifice probat Hippias sophista. Qui tamen, ut scilicet suae quoque sapientiae specimen aliquod exhibeat, de eodem carmine orationem habere instituit. Sed enim homo admodum ambitiosus ab Alcibiade, sermonum Socraticorum summo amatore, opportune admonetur, ne id faciat: colloquium enim, a Socrate et Protagora institutum, esse profligandum et ad exitum perducendum. Nimirum constitutum erat antea, ut, postquam Protagoras sibi interrogando satisfecisset, Socrates vicissim interrogantis partes susciperet, sophista huic responderet. Et Socrates quidem se paratum ostendit ad sermonem peragendum,

*) Vere, opinor, Schleiermacherus Praef. ad Protagor. p. 234: „Was des Socrates Deutung von dem Gedichte des Simonides betrifft, von dem uns nichts erhalten ist als eben diese Bruchstücke, dass es nämlich eine Rüge sein soll gegen den Spruch des Pittakus, so ist sie gar nicht lediglich als Scherz zu nehmen. Wenigstens besitzen wir noch ein allgemein dem Simonides zugeschriebenes und diesem hier in Sprache und Manier unverkennbar ähnliches Gedicht, welches sich eben so polemisch auf das im Phaedrus angeführte Epigramm des Kleobulus bezieht, der ja auch zu den Sieben gehörte.“

modo ne rursus de carminibus disseratur: horum enim interpretationem admodum dedecere homines liberaliter institutos, quippe ingenii atque eruditionis magnam arguentem penuriam. Protagoras autem, aegerrime ferens, quod antea denuo erat refutatus, cum eo porro colloqui gravatur, ac multis demum amicorum precibus eo permovetur, ut illi quaerenti respondeat. P. 347. A. — 348. B.

Dignus est hic locus diligenti animadversione. Nam primo quidem adspectu a proposito videtur plane alienus esse, quum inchoatae disputationis filum repente abrumpatur et ad alia omnia transeatur. At enim vero recordandum hic est illud, de quo supra exposuimus: per universum dialogum id agi maxime, ut disciplinam et institutionem ad virtutem, quam sophistae sibi unis vindicabant, revera nullam esse ostendatur. Quod ipsum etiam hoc loco respectatur. Enimvero quum omnino antiquitas omnis sapientiae origines ad poetas tanquam auctores et parentes referret; tum etiam sophistae in interpretandis eorum operibus plurimum operae atque studii posuisse reperiuntur. Id de Protagora imprimis constat, quem Themistius Orat. XXXIII. p. 289. ed. Hard. auctor est poemata Simonidis accepta mercede interpretatum esse. Itaque laudatissimum virtutis doctorem hic ita disserentem videmus induci, ut argutiarum studio abreptus vel in interpretanda simplicissima sententia, quaeque de virtutis exercitatione agat, mirifice coecutiat et poetae sibi maxime adamati mentem plane pervertat. Quo ipso efficitur, ut eius disciplina ne hoc quidem in genere magni aestimanda videatur. Quin quod deinceps significatur pauperis et egeni esse ex poetarum interpretatione quaerere sapientiam, id clarissime indicat, quodnam pretium philosophus toti huic doctrinae statuerit, siquidem ipsos poetas alias iudicavit magis opinione quam scientia atque recti cognitione duci solere. Quae qui reputaverint, ii, quorsum haec pertineant, iam minime dubitabunt.

Revertitur tandem Socrates post satis longas ambages ad quaestionem in superioribus tractatam, denuo interrogans: virtutesne nihil nisi varia nomina unius eiusdemque rei esse videantur? Respondet ille iustitiam quidem, sanctitatem, prudentiam et sapientiam esse inter se simillimas — has enim virtutes Socrates antea ostendere conatus erat unum idemque esse — sed plurimum ab his differre fortitudinem: saepenumero enim acci-

dere, ut qui ceteris careant virtutibus, ii longe fortissimi sint. Sed hic denuo laqueis dialecticis ab Socrate irretitur, qui hominis sententiam hac argumentatione refutare instituit. Qui fortes sunt, inquit, eos audaces esse facile largieris. Iam qui audacter aggrediuntur id, cuius periti sunt, ii laudantur; contra qui audaces in eo sunt, cuius nullam habent cognitionem, ii merito insani iudicantur. Omnis autem virtus propter naturam suam necesse est careat vitio ac reprehensione, quia alioquin virtutis nomine indigna foret. Ex quo consequitur, ut ea audacia, quae non habeat scientiam sibi adiunctam, non recte queat pro virtute haberi. Hoc autem probato, consequens est fortitudinem scientia vacare nullo modo posse, adeoque scientiam et fortitudinem inter se non differre. P. 348. D. — 350. C. — Respondet ad haec Protagoras: ex sua sententia fortitudinem quidem non carere audacia posse, neque tamen inde consequi, ut qui audaces sint, ii continuo etiam fortes iudicari debeant. Deinde falsum esse docere conatur, quod Socrates dixerat, fortitudinem scientia esse contentam. P. 350. C. — 351. A. Neque dubium est, quin hanc sententiam facile tueri potuisset, si quidem ad fortitudinem praeter scientiam etiam aliud quid requiri animadvertisset. Sed Socrates, magis etiam hominem perturbaturus, hac disputatione repente relicta alio modo eius opinionem refellere conatur.

Etenim sciscitatur iam ex eo, an omne iucundum etiam bonum sit, et an ipsa iucunditas per se spectata bona censeri queat. Dubitante autem illo, quomodo de hac re iudicandum sit, voluptatem vel iucunditatem per se bonam esse ideoque ab omnibus appeti solere deinceps hac argumentatione docere instituit. Scientia una est, inquit, omnium cupiditatum nostrarum moderatrix, adeoque universam regit ac gubernat hominum vitam. Qua qui utitur, is, quum bona et mala probe discernat, a nulla re superabitur aut vincetur, quippe nihil faciens, nisi quod scientia fieri iubeat. Quodsi igitur reperiuntur qui se dicant non quod bonum est, licet illud cognóverint, amplecti, sed a voluptatibus victos ad alia omnia abripi; ii in magno versantur opinionis errore. Etenim quae iucunda sunt, ea non propterea, quod in praesenti afferunt voluptatem, mala putantur, sed quia futuro tempore maiora mala videntur allatura: vicissimque bona, cum doloris acerbitate coniuncta, propterea, quod in praesenti dolorem admixtum habent, acerba quidem appellan-

tur; sed eadem tamen pro bonis habentur, si in posterum speramus per illa effectum iri maiorem voluptatis ac iucunditatis sensum. Quaecunque igitur bona aut mala censentur, ea metiri solemus voluptatum aut dolorum, quibuscum coniuncta sunt, magnitudine vel parvitate, adeoque ipsam voluptatem, si maiorem aufert quam affert iucunditatem, malum arbitramur, atque contra dolorem bonum, si voluptatem acerbitate sua habet maiorem. Ex quo consequitur omnes omnino voluptatem tanquam bonum perpetuo consectari, dolorem ut malum aversari. P. 351. A. — 354. E. — Haec autem si vera sunt, ridiculum est dicere hominem, licet mala saepe cognoscat, tamen ea facere, quum non facere liceat, et vicissim, licet cognoscat bona, tamen ea amplecti nolle propter praesentium voluptatum vim et magnitudinem. Nam quum voluptas *per se* bona sit; is, qui mala, quatenus mala sunt, sua sponte faciat, bonis succumbens male facere videatur necesse erit, id quod per est absurdum. Itaque quod vulgo vocant succumbere voluptatibus, vel ab illis vinci, id nihil est aliud, nisi pro maioribus bonis maiora mala sumere, et quidem deceptum opinionis errore. Quippe in eligendis bonis plurimum refert, ut rerum iucundarum et iniucundarum rationem plane perspectam habeamus; qua cognitione qui carent, ii fieri non potest quin in fraudem et errorem incurrant. Quocirca scientiam apparet voluptate esse multo potiorem, quippe quae omnes actiones nostras universamque vitam regere ac moderari debeat, neque fieri unquam potest, ut quis a voluptatibus victus, quum bona cognoscat, tamen contraria amplectatur: neque enim quisquam sciens malus; sed qui voluptati succumbentes mala sequuntur, ii propter imprudentiam, et quia errore decepti sunt, minora bona pro maioribus amplecti videntur.. Quae si vere disputavimus, vir sapiens nunquam sua sponte mala appetet aut faciet. P. 354. E. — 357. E.

His expositis Socrates revertitur ad illud, quod Protagoras in superioribus dixerat, fortitudinem a ceteris virtutibus propterea plurimum differre videri, quod saepenumero homines insipientissimi, intemperantissimi et iniustissimi alios audacia et fortitudine sua longissime antecellerent. Postquam enim concessum est neminem volentem res periculosas unquam suscipere; ne fortem quidem virum temere se in mala et calamitates esse coniecturum asseverat. Nam quae quis timet, inquit, ea mala

existimat: nemo autem sua sponte suscipit ea, quae sibi malum aliquod afferre arbitratur. Itaque vir fortis ea, quae sunt honesta, id est, iucunda — nam honestum et iucundum idem esse vidimus — semper et ubique sequitur, ideoque nec turpiter metuit nec turpiter audax est, quum timidus ac temere audax vel metu vel audacia turpi corripiatur. Est autem turpiter audere vel timere nihil aliud, nisi propter recti ignorantiam peccare, quandoquidem nemo prudens, ut vidimus, quae sibi perniciosa fore praevidet, unquam suscipiet. Unde efficitur, ut fortitudinem scientia contentam esse iudicari oporteat: est enim nihil aliud nisi rerum metuendarum aut non metuendarum scientia cum recto usu coniuncta. — His omnibus magna subtilitate explicatis, Socrates concludit falsam esse Protagorae sententiam, qui homines imprudentissimos saepenumero fortissimos esse dixisset. P. 357. E. — 360. D.

Quae hic de fortitudine disseruntur, ea item cavendum est ne protenus pro decretis mere Platonicis habeantur. Disputat enim Socrates pleraque omnia ad mentem ipsius Protagorae, ita quidem ut eum per suam ipsius rationem in fraudem et errorem inducat. Etenim Socrates ipse, etsi fortitudinem quoque in scientia positam esse iudicabat, tamen neutiquam eam volebat inesse in callida quadam rerum iucundarum aut iniucundarum, metuendarum aut non metuendarum deliberatione, ad quam unam sane illam referebant qui virtutis dignitatem uno utilitatis studio terminabant: imo eum pro certo et explorato habemus eam scientiam, quae requireretur ad fortitudinem, item in boni rectique cognitione atque certa officii persuasione positam iudicavisse. Quanquam igitur illud suum tuetur decretum, quo scientiam statuit omni virtuti fundamenti loco subesse, tamen illud urbanissima cavillatione ad sophistae mentem interpretatur, vel sic videlicet eum commovens, ut fortitudinem quoque scientia contineri fateatur, sed simul hoc efficiens, ut quorsum istorum hominum virtus tendat et quid propositum habeat, clarissime appareat. Quae quidem disputandi ratio prorsus eodem modo tenetur in eo dialogo, in quo peculiari opera de fortitudine disputatur, hoc est in Lachete, qui dignus est ut ad totum hunc locum conferatur. Iam his auditis sophista, quum se praeter exspectationem denuo confutatum videat, tanta ira et indignatione commovetur, ut amplius respondere nolit. Itaque Socrates, hominis animum rursus placaturus: *Ego vero,*

inquit, *non aliam ob causam haec omnia ex te quaero, nisi quod perspicere cupio, quomodo se habeant quae ad virtutem referuntur, et quid sit ipsa virtus. Nam probe novi, hoc ubi patefactum fuerit, etiam illud manifestum fore, de quo disputavimus, utrum virtus doceri possit, necne.* P. 360. D. — 361. A.

At mirum quiddam nobis in hac disputatione accidit. Ego enim, qui antea virtutem doceri posse negabam, nunc hoc ipsum affirmo, quod meae rationi mirum quantum adversatur, quippe demonstrare studens omnes virtutes, et iustitiam et temperantiam et fortitudinem, scientia contineri: qua quidem ratione probata virtus maxime doceri posse videbitur. Tu contra, qui virtutem disciplina comparari posse antea aiebas, nunc contrarium statuere videris, quippe quum id efficere studeas, ut quavis alia re potius quam scientia contenta esse videatur. — *Quocirca, quum omnia mire perturbata temereque mixta videamus, equidem pervelim, ut ad virtutis naturam contemplandam accedamus, ac tum demum iterum quaeramus, utrum ea doceri possit, necne.* P. 361. A. — D.

Sed Protagoras, colloquii istius pertaesus, in praesenti non vult diutius de hac re disputari: ut tamen dolorem et indignationem animi dissimulet, Socratem, adhuc iuvenem, magnificis laudibus ornat, eumque vaticinatur aliquando talem exstiturum, qui merito inter viros sapientiae laude conspicuos numerari possit.

Hoc igitur argumentum dialogi est. Quod etsi ad perspiciendum iudicandumque non tam facile est, quam multis videri meminimus, tamen illud quidem inde certissime apparere existimamus, universam disputationem pertinere eo, ut disciplinam virtutis sophisticam nullius pretii esse festivissima disputatione doceatur, et unum Socratem significetur optimum esse virtutis magistrum. Quanquam postremum istud non diserte indicatur, sed ipsis legentibus ex universi libri argumento divinandum relinquitur: quod ipsum etiam in ceteris operibus, in quibus eadem res disceptatur, similiter fieri meminimus.

Est vero hic liber in numero eorum sermonum, qui insignem habent artis perfectionem. Nam tanta in eo regnat orationis elegantia et venustas, argumenti varietas atque facilitas, iocandi ridendique in summa rerum gravitate

hilaritas, ut nemo eum sine limpidissimae voluptatis sensu legere queat, nisi ad omnem elegantiae suavitatem prorsus hebes fuerit et obtusus. Itaque equidem in ea semper fui opinione, ut, qui illum inter primitios Platonis fetus retulerunt, eos a vero multum aberrasse putarem. Neque enim verisimile est philosophum plurimos sermones, qui ad artis praestantiam cum eo vix comparandi sunt, post opus perfectissimum in lucem edidisse, aut statim a primo scribendi conatu ad tantam scribendi elegantiam et perfectionem contendisse, ut postea tam multum ab ea remittendum fuerit. Sed quanquam libri complures a philosopho editi videntur, priusquam hunc sermonem litteris consignaret, tamen eum iam illo tempore scriptum putamus, quo adhuc plane deditus fuit disciplinae Socraticae *). Nam nulla dum in eo cernuntur sapientiae sublimioris vestigia, qualia invenimus in iis operibus, quae composita sunt, posteaquam philosophus Megaricorum et Pythagoreorum sapientiam cognovisset atque cum sua ratione copulavisset. Imo omnia spirant Socraticam disciplinam ac disserendi simplicitatem, licet ad maiorem artis perfectionem excultam. Ridentur enim sophistae more plane Socratico, quia inter genera et partes notionum quid discriminis obtineat, plane ignorent; neque tamen de ea re quidquam diligentius explicatur, imo plurima de industria miscentur et confunduntur, quo magis appareat, quam facile isti sapientiae professores arte dialectica possint perturbari et in fraudem induci. Neque quemquam fugere potest placita illa ac decreta, quibus ad sophistam ludendum Socrates abutitur, repetita esse e doctrina morum Socratica. Nam, ut omittam quaestionem illam de modo adipiscendae virtutis, quam a Socraticis imprimis agitatam esse novimus, quod singulae virtutes ad unam sapientiam revocantur, idque sic, ut Protagoras acutis conclusiunculis mirifice conturbetur, id quidem ad rationem Socratis accommodate fieri iam in superioribus dictum est. Porro inter virtutes cardinales, quas vocant, praeter iustitiam, prudentiam, temperantiam et fortitudinem numeratur etiam s a n c t i t a s s. p i e t a s **), quum in libris posteriore tempore scriptis nonnisi quatuor illae virtutis formae commemorentur ***),

*) V. Prolegomm. ad T. I. Selector. Dialog. p. XXXI. sqq.
**) V. p. 328. D. — 332. A.
***) V. annot. ad Phaedon. p. 63. = 69. B.

pietatis mentio non iniiciatur. Nimirum hac quoque in re philosophus Socratis auctoritatem adhuc secutus est, quem quinque virtutis partes imprimis discrevisse, certe pietatem non ultimo loco habuisse, e Memorabilibus Xenophontis *) apparet. Neque illud a Socratica disciplina prorsus abhorret, quod honestum et iucundum idem esse ait, adeoque voluptate ita fruendum arbitratur, ut ad eius usum sapientia adhibeatur **). Quanquam haud scio, an Socrates in eo loco potius ipsorum sophistarum opiniones ***) sophistae proponat, quo facilius eum deinde laqueis dialecticis irretiat. Etenim Platonem ipsum haec non probasse, sed e vulgi opinione et mente explicasse, vel illud non obscure significat, quod absoluta huius argumenti disputatione p. 354. E. sq. adduntur haec: ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν ἀναθέσθαι ἔξεστιν, εἴ πῃ ἔχετε ἄλλο τι φάναι εἶναι τὸ ἀγαθὸν ἢ τὴν ἡδονήν, ἢ τὸ κακὸν ἄλλο τι ἢ τὴν ἀνίαν· ἢ ἀρκεῖ ὑμῖν τὸ καταβιῶναι τὸν βίον ἄνευ λυπῶν; Quid quod ille bonum a iucundo diversum esse in aliis sermonibus subtili disputatione explicare conatus est? Denique prorsus Socraticum est, quod virtutem doceri posse significatur, si quidem insit in scientia. Socratem enim novimus ad perfectam virtutem tria requiri iudicavisse, naturae bonitatem, exercitationem, doctrinam ****).

Sed haec ipsa ita comparata sunt, ut ad tempus, quo dialogus conscriptus sit, accuratius definiendum aliquid conferre videantur. Quod enim philosophus eo, quem adscripsimus, loco significavit de iucundo atque honesto etiam aliter posse iudicari; hanc sententiam in Gorgia accurata disputatione illustravit, in quo libro honestatem

*) Xenoph. enim libr. IV, 8, 10., ubi quae de Socrate exposuit, paucis comprehendit, eius *pietatem*, iustitiam, temperantiam, sapientiam laudans. Quid quod Socratem libr. I, 1, 16. de pietate ita disputantem facit, ut ei prae ceteris virtutibus palmam tribuat.

**) V. p. 351. A. sqq. Conf. Stäudlin. Geschichte der Moralphilosophie p. 97 — 99., ubi de Socratis sententia acute disputatur.

***) Nam sophistas omnia ad vitae iucunditatem et voluptatem retulisse satis constat. v. Praefat. ad Gorgiam.

****) V. Xenoph. Mem. II, 6, 39. III, 9, 1 — 3. IV, 1, 3. 4. IV, 2, 2. coll. Plat. de Rep. VI. p. 484. — 487. A. VII. p. 518. B. sqq.

a voluptate esse separandam egregrie docuit *). Quod si suspicamur eum fecisse ideo, ut quae in Protagora e sophistarum vulgique mente disseruisset, erroris convinceret simulque suam ipsius sententiam dilucide exponeret, non veremur ne temere hariolari videamur. Nam alia etiam in illo libro reperiuntur, quae non inepte ad Protagoram retuleris. Quorsum pertinent quae de scientiae et voluptatis discrimine deque fortitudinis cum scientia coniunctione exponuntur **). Quodsi autem ea, quae in Protagora sophistae ridendi causa e vulgi atque sophistarum ratione disseruntur, in Gorgia ex ipsius philosophi mente et sententia vel brevius proponuntur vel copiosius disputantur, nemo est quin facile largiatur Protagoram ante Gorgiam in lucem prodiisse videri. Quippe altera hac scriptione philosophus cavere voluit, ne quae in illo sermone propter ridendi ludendique consilium scripserat sinistre acciperentur. Iam si verum est, quod Praefat. ad Gorg. p. 24. sq. observavimus, Gorgiam haud ita multo post Socratis obitum scriptum videri, Protagoras certe ante eiusdem damnationem et supplicium litteris consignatus est. Quam sententiam etiam hoc confirmat, quod ne litterula quidem in eo reperitur, quae tristem magistri sortem significare videatur, licet argumentum sit eiusmodi, ut huius rei mentio facillime iniici potuerit. Quemadmodum vero Gorgiam probabile est non ita multis annis post Menonem editum esse, quo cum libro magna ei intercedit tum argumenti tum consilii et rationis similitudo; ita Protagoras, quippe cum eodem libro argumenti quadam cognatione coniunctus, item non magno ab eo remotus videtur temporis intervallo. Neque tamen Schleiermachero assentior, qui Menonem post Protagoram editum arbitratur. Neque enim in Menone istam elegantiam et suavitatem, copiam atque ubertatem, denique artem atque perfectionem invenias, quam omnes in Protagora admirantur. Accedit, quod non difficile est ad intelligendum, qui factum sit, ut philosophus, quum in illo libro ostendisset sophistas et viros civiles non esse idoneos virtutis magistros, quippe qui a verae virtutis cognitione et exercitatione longissime abessent, in Protagora rursus sophistas carpere voluerit. Quippe uni-

*) V. Gorg. p. 495. sqq.
**) V. p. 495. C. sqq

versam eorum veri vel quaerendi vel explicandi rationem docere luculentius instituit ita comparatam esse, ut qui ea utantur, ii nunquam possint ad certam veri cognitionem aut scientiam pervenire. Quemadmodum igitur Gorgias ad ridendam vanam illam sophistarum et virorum politicorum eloquentiam atque artem civilem compositus est; ita in Protagora, exemplo rei a quaestione studiosissime agitata repetito, aperiuntur causae et rationes, cur sophistarum docendi ratio ad verum investigandum et illustrandum nihil momenti habeat. Quod utrumque argumentum quam arcta necessitudine cum disputatione in Menone tractata contineatur, nemo est quin primo statim obtutu videat. Quum igitur probabile sit Protagoram aliquanto post Menonem, nec multo ante Gorgiam esse compositum, Menonis autem scriptio in illud tempus incidat, quo simultas et inimicitia inter Anytum atque Socratem haud ita pridem exarsisset *); consequi arbitramur, ut hunc sermonem nostrum paullo ante Socratis accusationem litteris mandatum esse verisimiliter coniicere liceat. Quem si circiter Olymp. 94. 3. vel 4. scriptum putamus, haud scio, an non multum a vero aberremus. Ceterum iam antea significavimus Protagoram etiam cum Charmide, Euthyphrone et Lachete arctissima contineri necessitudine, ex qua re item colligi licebit, quo tempore litteris consignatus sit.

Quo tempore colloquium habitum fingatur, multum a viris doctis dubitatum est **). Nam quod Protagoras senex grandi aetate, quem Olymp. 92. 2. mortuum esse verisimile est ***), cum Socrate adhuc iuvene colloquens inducitur ****); quod Alcibiades, qui iam Olymp. 90. 1. dux Atheniensium Peloponnesum invasit, appellatur πρῶτον ὑπηνήτης †); quod Agatho, poeta tragicus, qui Olymp. 90. extr. in Lenaeis reportavit victoriam, voca-

*) V. Prolegg. ad Menon.

**) V. Athenaeus Deipn, V, 18. p. 339. ed. Schweig. Schleiermacher. Praefat. ad Protagor. p. 218 sqq. Heindorf. ad Protagor. p. 466. Ast. de Vita et Scriptis Platon. p. 76 sqq.

***) V. Geelius Act. Novv Traiect. T. II. p. 70. a. 1827.

****) P. 317. C. coll. 320. C. et p. 314. B.

†) V. init. et p. 309. B.

tur νέον ἔτι μειράκιον *); quod Pericles tanquam adhuc vivus commemoratur, eiusque filii, quos novimus pestilentia initio belli Peloponnesiaci exorta Olymp. 87. 3. obiisse, colloquio interfuisse dicuntur **); denique quod Protagoras teste Plutarcho Consol. ad Apollon. c. 38. p. 118. E. Olymp. 87. 3. Athenis versatus est; haec omnia sermonem recte ad Olymp. 87. an. 3. referri posse docere videantur. At enim vero plura sunt, quae huic sententiae mirifice adversantur. Unde Athenaeus, acerrimus ille Platonis censor atque obtrectator, philosophum chronologiae in hoc dialogo temere neglectae non uno loco accusavit. Neque profecto adhuc repertus est qui temporum rationes accurate observatas esse demonstraret, ut verisimile putemus philosophum hac in re fingendi libertati aliquid dedisse, quemadmodum in aliis quoque libris fecit. Sed videamus singula. Primum igitur Protagoras apud Calliam, Hipponici filium, qui iam paternorum bonorum dominus factus esset, devertisse dicitur ***). Iam vero Hipponicum constat Olymp. 89. 1 in proelio ad Delium interfectum esse. Ex quo apparet eo loco colloquium post illud demum tempus habitum cogitari: quod repugnat superioribus. Sed praeterea etiam alia sunt, quae quum post Olymp. 87. evenerint, tamen in hoc sermone commemorantur. Nam, ut omittam dubitationes de tempore, quo Protagoras iterum ****) Athenis commoratus sit, quas removere conatus est Contarenus Varr. Lectt. c. XIIII., Pherecratis Ἄγριοι dicitur †) anno superiore (πέρυσι) in scenam producta esse, quam actam testatur Athenaeus praetore Aristione Olymp. 89. 4. Quod si verum est, consequitur, ut colloquium hoc rursus ad Olymp. 90. 1. referendum sit. Verum enim vero haec omnia quantumvis cum iis pugnent, quae antea commemoravimus; tamen hoc

---

*) P. 315. D.

**) V. p. 319. E. p. 329. A. p. 314. E sqq.

***) P. 311. A, ubi v. Heindorf. coll. p. 315. D.

****) Herbstius in Petersen Philolog. histor. Studien, Hamburg. 1832. p. 90. Protagoram censet iam Olymp. 84. Atheniensibus innotuisse; conf. etiam Bergkium Reliqq. Com. Vet. p. 104 sq. Athenaeus autem secundum eius adventum in illa urbe lib. XI, 113. refert ad Olymp. 89. 2.

†) V. p. 327. D.

certum est, Platonem sermonem habitum finxisse eo tempore, quo Socrates nondum aetate provectus erat, ideoque illam temporum rationem, quam primo loco indicavimus, praecipue esse secutum *). In aliis autem rebus, quae minoris momenti videbantur, minus accurate observavit temporum rationes. Quae licentia philosopho poetae eo facilius condonabitur, quod quae in sermone narrantur, ea minime sua verisimilitudinis specie per illam privantur. Quid quod vir sapientissimus non temere tales errores sermonibus suis videtur immiscuisse? Nam, ego si quid video, eiusmodi indiciis attentis lectoribus voluit significare tempus, quo habitum fingatur colloquium, probe discernendum esse ab eo tempore, quo liber scriptus sit. Quocirca in ea sum opinione, ut ista annorum confusione putem obscure indicari librum non ante Olymp. 90., sed aliquanto post esse litteris consignatum. Similem rationem in Sympos. c. XVI. animadvertimus, ubi quod dirutae urbis Mantineensium obiter mentio inlicitur, id non alia de causa fieri persuasum habemus, nisi ut sermonem post Olymp. 98. 2. vel 3. scriptum esse significetur.

Sed satis haec de argumento libri aliisque rebus eo pertinentibus. Quae si cui non satisfaciant, is adeat praeterea Schleiermacherum Opp. Platon. in German. Conversion. T. I. P. I. p. 217 sqq. Astium de Vita et Scriptis Platon. p. 56 sqq. Socherum de Scriptis Platon. p. 226 sqq. Carol. Frid. Hermannum Histor. Philos. Platon. T. I. p. 457 sqq.

Codices ad hunc librum integros hodie collatos habemus octodecim. Inter quos praestantissimi sunt Clarkianus s. Bodleianus, cuius varias lectiones edidit Gaisfordus, Vatican. 226, Θ. insignitus, Venet. 184. et 189., litteris Ξ et Σ notati, quos contulit Bekkerus, Vindob. 54., a Bastio diligentissime in gratiam Weigelii nostri excussus. Neque spernendi sunt Paris. 1808. 1809. 1811. litteris B C E signati. Ceteri, Ambros. 56. Angel. C. 1. 9. Barberin. Vatic. 175. Vat. 1029. litteris r w y e r a Bekkero notati, quam rationem ego quoque secutus sum,

*) Ex ea ipsa re autem recte colligas Protagoram Olymp. 89. 2. non secundum, sed tertium advenisse. conf. p. 310. E.

item Florentini a b c o nonnisi paucis quibusdam locis bonas lectiones, ipsis proprias, obtulerunt.

Separatim hic liber, quod sciam, semel tantum editus et illustratus est. Curavit enim praestantissimam eius editionem Heindorfius: Platonis Dialogi III., Phaedo, Sophistes, Protagoras. Emendavit et annotatione instruxit Lud. Fr. Heindorfius. Berolini 1810. 8. mai. Quod est quartum volumen Selectorum, quos edidit, Platonis Dialogorum.

Nuper commentarios in eum locupletissimos conscripsit Fridericus Astius Opp. Plat. T. X. p. 1 — 212.

Praeterea memorantur a bibliographis:

Io. Iac. Tengström. Diss. acad. super dialogo Platonis, qui Protagoras inscribitur. Aboae 1824. 4.

Geo. Frid. Richteri Commentat. de loco Platonis in Protagora, cur voluptates quaedam malae sint, Lips. 1742. 4., quam non vidimus.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΕΤΑΙΡΟΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ, ΠΡΩΤΑΓΟΡΑΣ, ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ, ΚΑΛΛΙΑΣ, ΚΡΙΤΙΑΣ, ΠΡΟΔΙΚΟΣ, ΙΠΠΙΑΣ.

Steph. 309

Cap. I. ΕΤ. Πόθεν, ὦ Σώκρατες, φαίνει; ἢ δῆλα δή, ὅτι ἀπὸ κυνηγεσίου τοῦ περὶ τὴν Ἀλκιβιάδου ὥραν; καὶ μήν μοι καὶ πρώην ἰδόντι καλὸς μὲν ἐφαίνετο ἀνὴρ ἔτι, ἀνὴρ μέντοι, ὦ Σώκρατες, ὥς γ'

Cap. I. P. 309. ἢ δῆλα δή, ὅτι] V, ἢ δηλαδή. Bodl. ἢ v. annot.

ἐφαίνετο ἀνὴρ ἔτι] V. ἀνήρ. Athenaeus V, 19: ὁ ἀνήρ, inserto articulo. Recte Bekkerus ἀνήρ.

Cap. I. P. 309. Πόθεν, ὦ Σ., φαίνει] Cicero fragment. Protagorae Platon. ap. Priscian. L. VI. p. 706. ed. Putsch.: Quid tu? unde tandem appares, Socrate? an id quidem dubium non est, quin ab Alcibiade? Formulae occursantium: ποῖ καὶ πόθεν; πόθεν φαίνει; et ap. Homerum τίς πόθεν εἶ; satis frequentes. v. Lysid. p. 203. A. Phaedr. p. 227. A. ibique intpp. Vulgatum ἢ δηλαδή recte mutavit Stephanus in ἢ δῆλα δή, quod vel istud ὅτι exigebat. Nec audiendus est qui ἢ δῆλα δή scribendum iudicavit. Nam ἢ in hac formula vi corrigendi ponitur, quia alia quaedam interrogatio aut praemissa est, aut apud animum intelligenda. Verissime Cicero: an id quidem dubium non est. v. ad Criton. p. 43. C. ad Phileb. p. 8. — ἀπὸ κυνηγεσίου. De Socrate Alcibiadis amatore v. Sympos. p. 213. B. C. Plutarch. Vit. Alcib. c. I. Maxim. Tyr. XXIV, 5. Verbum venatorium

ἐν αὐτοῖς ἡμῖν εἰρῆσθαι, καὶ πώγωνος ἤδη ὑποπιμπλάμενος. ΣΩ. Εἶτα τί τοῦτο; οὐ σὺ μέντοι Ὁμή-
B ρου ἐπαινέτης εἶ, ὃς ἔφη χαριεστάτην ἥβην εἶναι τοῦ ὑπηνήτου, ἣν νῦν Ἀλκιβιάδης ἔχει; ΕΤ. Τί οὖν τὰ νῦν; ἢ παρ' ἐκείνου φαίνει; καὶ πῶς πρός σε ὁ νεανίας διάκειται; ΣΩ. Εὖ ἔμοιγε ἔδοξεν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τῇ νῦν ἡμέρᾳ· καὶ γὰρ πολλὰ ὑπὲρ ἐμοῦ εἶπε βοηθῶν ἐμοί, καὶ οὖν καὶ ἄρτι ἀπ' ἐκείνου ἔρχομαι. ἄτοπον μέντοι τί σοι ἐθέλω εἰπεῖν· παρόντος γὰρ ἐκείνου, οὔτε προσεῖχον τὸν νοῦν, ἐπελανθανό-

B. *Τί οὖν τὰ νῦν; ἢ π.*] V. *τί οὖν τανῦν ἢ παρ' ἐκ.*, quod cum Heindorfio et Bekkero correximus.

καὶ οὖν καὶ ἄρτι] Alterum *καί* additum nunc est ex plurimis optimisque codicibus. Vett. editt. om.

ad amorem translatum usu frequenti, de quo v. Dorvill. ad Char. p. 556. Wyttenbach. Ep. crit. p. 268. ed. Lips. al. — *ὥρα*, iuvenilis venustas et pulchritudo, ut Menon. p. 76. B. Xenoph. Mem. IV, 1, 2. al. — *ἐφαίνετο — ἔτι*, pulcher mihi visus est vir (h. e. ille) adhuc, sed vir tamen, quod inter nos dictum sit, atque barbae lanugine iam oppletus. Nam ita haec intelligenda sunt, ut *ἀνήρ* pro subiecto accipiatur. De structura verborum *ὥς γ' ἐν αὐτοῖς ἡμῖν εἰρῆσθαι* v. Viger. p. 205. sq. *Αὐτός* in hac quoque formula esse solus scite monuit Heindorfius. De verbis *καὶ πρώην ἰδόντι* v. ad Sympos. p. 172. A.

οὐ σὺ μέντοι Ὁμ. ἐπ.] an *vero* tu Homero non adstipularis? stimmest du *wirklich* nicht dem Homer bei? h. e. putabam vero te Homerum probare, dicentem etc. Nam ita *μέντοι*, quod alias etiam habet vim confirmandi, in huiusmodi interrogationibus accipiendum puto. Exempla voculae post *οὐ* sic in interrogatione usurpatae laudavit Heindorfius ad h. l. conf. De Rep. VII. 521. C. IX. 581. A. Theaet. 163. E. Phaedr. p. 229. B. Hipp. min. p. 366. C. Cratyl. p. 439. A. al. Respicitur versiculus Odyss. p. 279: *πρῶτον ὑπηνήτῃ, τοῦ περ χαριεστάτη ἥβη.* De proximis conf. De Rep. IV. p. 426. B: *οὐκ ἐπαινέτης εἶ τῶν τοιούτων ἀνδρῶν.* Ion. p. 536. D: *Ὁμήρου δεινὸς εἶ ἐπαινέτης.*

B. *πολλὰ ὑπὲρ ἐμοῦ εἶπε*] in sermonibus eo die cum sophistis habitis.

καὶ οὖν καὶ ἄρτι ἀπ' ἐκ.] und daher komme ich auch eben erst von ihm. Eleganter igitur codices meliores alterum *καί* addiderunt, quod vulgo aberat.

οὔτε προσεῖχον τὸν νοῦν — θαμά] etsi ille aderat, tamen animum non ad eum advertebam, adeoque eius frequenter obliviscebar: id quod erat mirum quiddam in eo, qui summo adolescentis amore tenebatur. Parum accurate Ficinus: praesentem il-

μην τε αὐτοῦ θαμά. ΕΤ. Καὶ τί ἂν γεγονὸς εἴη περὶ σὲ κἀκεῖνον τοσοῦτον πρᾶγμα; οὐ γάρ δήπου C τινὶ καλλίονι ἐνέτυχες ἄλλῳ ἔν γε τῇδε τῇ πόλει. ΣΩ. Καὶ πολύ γε. ΕΤ. Τί φῄς; ἀστῷ, ἢ ξένῳ; ΣΩ. Ξένῳ. ΕΤ. Ποδαπῷ; ΣΩ. Ἀβδηρίτῃ. ΕΤ. Καὶ οὕτω καλός τις ὁ ξένος ἔδοξέ σοι εἶναι, ὥστε τοῦ Κλεινίου υἱέος καλλίων σοι φανῆναι; ΣΩ. Πῶς δ' οὐ μέλλει, ὦ μακάριε, τὸ σοφώτατον κάλλιον φαίνεσθαι; ΕΤ. Ἀλλ' ἢ σοφῷ τινι ἡμῖν, ὦ Σώκρατες, ἐντυχὼν πάρει; ΣΩ. Σοφωτάτῳ μὲν οὖν δήπου τῶν γε νῦν, D

C. Καὶ οὕτω καλός τις] Sic codd. Vulgo οὕτως κ. τ. τὸ σοφώτατον κ. φ.] Bekkerus solius Ficini auctoritate scripsit τὸ σοφώτερον, quod placuit etiam Heindorfio. Sed v. annot.
D. Σοφωτάτῳ μὲν οὖν δ.] Vett. editt. et duo codd. Καὶ

lum minime intuebar, et alio intendens ad eum vix advertebam. Neque enim aliud quid in codice suo videtur habuisse quam quod hodie legimus. Post οὔτε hic τέ infertur sic, ut in altero membro gradatio insit, quod in multis huiusmodi locis valet. v. infra p. 347. E. p. 361. E. Legg. I. p. 628. B. p. 631. A. II. p. 665. E. III. p. 694. D. p. 697. D. Menex. p. 239. C. Charm. p. 169. C. Sympos. p. 223. D. Apolog. Socr. p. 26. C. Xenoph. Cyrop. VI, 3, 2.

οὐ γάρ δήπου τινὶ κ.] neque enim, opinor, alium offendisti pulchriorem in hac quidem urbe. Particularum usum tetigi ad Apolog. p. 20. C. Dictionem ἐντυγχάνειν τινί, casu in aliquid incidere, reperimus quum alibi, tum Theaet. p. 144. E. Sympos. p. 177. B. Lucian. Hermotim. §. 36. — ἐν τῇδε τῇ πόλει, Athenis. Cur non dictum sit ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, patebit ex annot. ad Gorg. p. 468. E. — Καὶ πολύ γε, Int. καλλίονι ἐνέτυχον. — Mox Ἀβδηρίτῃ per urbanum ἀπροσδόκητον dictum, siquidem Protagoras, ignobili et obscuro loco natus, opponitur Alcibiadi Athenis et quidem genere nobilissimo nato.

C. τὸ σοφώτατον κ. φ.] Ficinus:—quominus, quod sapientius est, sit et pulchrius? Sed noli σοφώτερον scriptum suspicari. Superlativus ironiae Socraticae longe accommodatior. Pertinet enim τὸ σοφώτατον ad Protagoram, quem constat incredibilis sapientiae laude floruisse, ut adeo σοφίας nomine appellatus sit. v. Diog. Laert. IX, 50. Theaet. p. 160. D. De formula loquendi πῶς οὐ μέλλει, h. e. quidni, v. ad Phaedon. p. 93. — ὦ μακάριε, blanda appellatio, quae nunc irrisione vacat, ut sexcenties.

Σοφωτάτῳ μὲν οὖν δήπου—] imo sapientissimo. Nam ita nunc μὲν οὖν intelligendum. Exempla si desideras, multa adscripsimus ad Criton. p. 44. B. Sympos. p. 201. C., quae qui diligenter comparaverint, facile perspicient, cur vulgat. Καὶ σοφ. μ. οὖν mutandum iudicaverimus.

εἰ σοι δοκεῖ σοφώτατος εἶναι Πρωταγόρας. ΕΤ. Ὦ τί λέγεις; Πρωταγόρας ἐπιδεδήμηκε; ΣΩ. Τρίτην γε ἤδη ἡμέραν. ΕΤ. Καὶ ἄρτι ἄρα ἐκείνῳ συγγεγονὼς
310 ἥκεις; ΣΩ. Πάνυ γε πολλὰ καὶ εἰπὼν καὶ ἀκούσας. ΕΤ. Τί οὖν οὐ διηγήσω ἡμῖν τὴν ξυνουσίαν, εἰ μή σέ τι κωλύει, καθιζόμενος ἐνταυθοῖ ἐξαναστήσας τὸν παῖδα τουτονί; ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν· καὶ χάριν γε εἴσομαι, ἐὰν ἀκούητε. ΕΤ. Καὶ μὴν καὶ ἡμεῖς σοί, ἐὰν λέγῃς. ΣΩ. Διπλῆ ἂν εἴη ἡ χάρις. ἀλλ' οὖν ἀκούετε.

σοφωτάτῳ μ. Recte ceteri libri, numero septemdecim, istud καὶ omittunt. v. annot.

P. 310. καθιζόμενος ἐνταυθοῖ] Bodl. et Vindob. ἐνταυ-

D. Ὦ τί λέγεις] ὢ est mirantis, ὦ compellantis. Discrimen a grammaticis non raro neglectum exposuerunt Valcken. ad Theocrit. Adoniaz. p. 403. sq. Bastius et Boisson. ad Aristaen. p. 209.

P. 310. Πάνυ γε — ἀκούσας] Int. ἥκω. Notabis autem aoristi participia nunc poni, quum συγγεγονὼς praecedat. Sic paullo ante: ἀλλ' ἢ σοφῷ τινι — ἐντυχὼν πάρει; Criton. p. 45. D: αἰχήσει καταλιπών. Eurip. Heraclid. v. 134: ἀφῖξαι — λιπών. Electr. v. 883: ἥκεις — δραμών. Ibid. v. 893: ἥκω κτανών. Ibid. v. 1281: ἥκει λιποῦσ' Αἴγυπτον, οὐδ' ἦλθεν Φρύγας. Ibid. v. 1242: δεινὸν δὲ ναὸς ἀρτίως πόντου σάλον παύσαντ' ἀφίγμεθ' Ἄργος. In his omnibus aoristi participium inservit significandae actioni per se spectatae, non adiuncta notione perpetuitatis et continuationis. Itaque Socrates hoc loco εἰπὼν καὶ ἀκούσας dicit, propterea quod narrat simpliciter se multa cum Protagora disseruisse ab eoque audivisse. Poterat igitur etiam sic dicere: πολλὰ καὶ εἶπον καὶ ἤκουσα, καὶ οὕτως ἥκω. Alia ratio est verborum συγγεγονὼς ἥκεις; Haec enim significant: συγγέγονας καὶ οὕτως ἥκεις; h. e. indicant actionem praeteritam quidem, sed etiam nunc durantem, quia Socrates, qui nunc advenit atque praesens est, cum Protagora familiariter versatus narrare amico potest, quid inter se collocuti sint. Quocirca amicus Socratis, condicionis praesentis habita ratione, perfecti temporis participio utitur, quia sibi vult ab illo narrari, quid sit quod cum Protagora sit collocutus.

Τί οὖν οὐ διηγήσω —] quin tu nobis — narras? v. ad Symp. p. 173. B. al. Quod dicitur καθιζόμενος ἐνταυθοῖ, id noli sollicitare. Recte enim dici καθίζεσθαι εἴς τινα τόπον, docuit Buttmann. ad Demosth. Midian. Indic. s. v. καθίζεσθαι. cf. etiam Bremi ad Aeschin. adv. Ctesiph. p. 355. ed. Goth. — τὸν παῖδα τουτονί, h. e. unum de servis pedisequis, qui una consederat.

Cap. II. Ἱπποκράτης, ὁ

Cap. II. *Τῆς παρελθούσης νυκτὸς ταυτησί, ἔτι βαθέος ὄρθρου, Ἱπποκράτης, ὁ Ἀπολλοδώρου υἱός, Φάσωνος δὲ ἀδελφός, τὴν θύραν τῇ βακτηρίᾳ πάνυ σφόδρα ἔκρουε, καὶ ἐπειδὴ αὐτῷ ἀνέῳξέ τις, εὐθὺς* B *εἴσω ᾔει ἐπειγόμενος, καὶ τῇ φωνῇ μέγα λέγων, Ὦ Σώκρατες, ἔφη, ἐγρήγορας, ἢ καθεύδεις; Καὶ ἐγὼ τὴν φωνὴν γνοὺς αὐτοῦ, Ἱπποκράτης, ἔφην, οὗτος· μή τι νεώτερον ἀγγέλλεις; Οὐδέν γ', ἦ δ' ὅς, εἰ μὴ ἀγαθά γε. Εὖ ἂν λέγοις, ἦν δ' ἐγώ. ἔστι δὲ τί,*

θί, quod convenit cum praecepto Elmsleii, impugnato a nobis ad Phileb. p. 23. conf. Fritzsch. ad Aristoph. Thesm. p. 79.

Cap. II. *Φάσωνος δὲ ἀδελφός*] Fuit qui *ἀδελφός* scribendum putaret. Quod commentum satis redarguunt exempla infra apposita.

Ἀπολλοδ.] De Hippocrate isto nihil novimus hodie nisi quae de eo ab ipso Platone hic et infra p. 316. B. narrantur. Hominem studiosum fuisse sapientiae sophistarum, quo facilius videlicet aliquando ad honores et potentiam perveniret, satis apparet ex hac ipsa Socratis narratione. Pater eius Apollodorus alius esse videtur atque ille, de quo diximus ad Sympos. in. v. Schleiermacher. T. I. P. I. p. 404. Pro *Φάσωνος δὲ ἀδελφός* ne quis *καὶ Φάσωνος ἀδελφός* requirat, patriae linguae consuetudine in fraudem inductus, prope constans est haec atque legitima ratio sermonis Graeci. Herodot. VII, 10: *ἐγὼ δὲ καὶ πατρὶ τῷ σῷ, ἀδελφεῷ δὲ ἐμῷ, Δαρείῳ, ἠγόρευον μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ Σκύθας.* Aeschines in Timarch. p. 284. C: *πρῶτον μὲν τὸν ἀδελφιδοῦν τοῦ Ἰφικράτους, υἱὸν δὲ Τισίου τοῦ Ῥαμνουσίου, ὁμώνυμον δὲ τοῦ νυνὶ κρινομένου Τιμάρχου.* Plura dabit Elmsleius ad Eurip. Medeam v. 940.

B. *εἴσω ᾔει ἐπειγόμενος*] statim introibat festinans, h. e. festinanter, propere in aedes irruebat. Egregie hominis ingenium describitur.

Ἱπποκράτης, ἔφην, οὗτος] Non puto haec a Cornario et Serrano recte explicata esse sic: Hippocrates, heus tu, num quid etc. Nec recte Ruhnk. ad Tim. p. 229. vi simpliciter compellandi accepit: Hippocrate, inquam, num novi aliquid affers? Nam ita scriptum oportebat *Ἱπποκράτης οὗτος, ἔφην, μή τι νεώτερον κ. τ. λ.* Imo recte Ficinus: Hippocrates hic est, inquam: quam interpretationem comprobavit etiam Heindorfius.

μή τι νεώτερον ἀγγέλλεις] Comparativus, in hac formula longe frequentissimus, ponitur propterea, quod qui ea utuntur praesentis rerum status et condicionis rationem habent. Euthyphr. in.: *τί νεώτερον, ὦ Σώκρατες, γέγονεν;* Aristoph. Avv. v. 254: *δεῦρ' ἴτε πευσόμενοι τὰ νεώτερα!* Quanquam etiam *νέον* et *καινόν* ponitur, sicubi

καὶ τοῦ ἕνεκα τηνικάδε ἀφίκου; Πρωταγόρας, ἔφη, ἥκει, στὰς παρ' ἐμοί. Πρώην, ἔφην ἐγώ· σὺ δὲ ἄρτι
C πέπυσαι; Νὴ τοὺς θεούς, ἔφη, ἑσπέρας γε. Καὶ ἅμα ἐπιψηλαφήσας τοῦ σκίμποδος ἐκαθέζετο παρὰ τοὺς πόδας μου, καὶ εἶπεν· Ἑσπέρας δῆτα, μάλα γε ὀψὲ ἀφικόμενος ἐξ Οἰνόης. ὁ γάρ τοι παῖς με ὁ Σάτυρος ἀπέδρα· καὶ δῆτα μέλλων σοι φράζειν, ὅτι διωξοίμην αὐτόν, ὑπό τινος ἄλλου ἐπελαθόμην. ἐπειδὴ δὲ ἦλθον

C. ὅτι διωξοίμην] Venet. Σ. et Flor. c. διώξοιμι. Sed conf. Theaet. p. 168. A. Soph. p. 251. A. Clit. p. 407. A.

τότε μοι ὁ ἀδελφός] Articulum addidi e Flor. c. Venet. Σ. et Coisl. Bekkerus ἀδελφός scripsit.

praesentis condicionis aut nulla aut minus diligens habetur ratio, sed res sine comparatione significatur, veluti Demosth. Philipp. I. p. 43. ed. Reisk.: ἢ βούλεσθε — πυνθάνεσθαι· λέγεταί τι καινόν; Quem locum cur ad Euthyphron. l. c. comparaverim, nuperum editorem praeteriit. Quum autem νεώτερον atque νέον per euphemismum etiam de malis et calamitatibus dici soleat, quem usum vocis quum alii scriptores tum tragici poetae frequentant, veluti Eurip. Hecub. v. 83. 179. Med. v. 37. Hippolyt. v. 794. 860. Bacch. v. 214. al., v. Meineke ad Menandr. p. 423. Hippocrates verbis Socratis per amphiboliam in malam partem acceptis iocose respondet: Οὐδέν γ', — εἰ μὴ ἀγαθά γε, in quibus verbis quod γέ brevi intervallo repetitum est, id neminem offendet, qui legerit nostra ad Phileb. p. 213. sq. coll. Hermanno ad Viger. p. 827.

τηνικάδε ἀφίκου] H. e. tam multo mane. Criton. in.: τί τηνικάδε ἀφῖξαι, ὦ Κρίτων; ἢ οὐ πρῷ ἔτι ἐστίν; Mox verba, στὰς παρ' ἐμοί, arcte connectas cum ἔφη.

Πρώην, ἔφην ἐγώ] iam nudius tertius advenit. Nam p. 309. D: τρίτην γε ἤδη ἡμέραν (ἐπιδεδήμηκεν). Ad πρώην e superioribus repeti oportere ἥκει in aprico est. Par ratio est proximorum verborum Νὴ τοὺς θεούς, ad quae intelligas ἄρτι πέπυσμαι. De voc. σκίμπους Etymol. Magn. Ἀσκάντης· κλινίδιον εὐτελές, ὃ ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν σκίμπους ὀνομάζεται: quod testatur grammaticus allató hoc ipso loco. Idem alio loco: Σκίμπους, σκίμποδος, παρὰ τὸ σκηνή καὶ τὸ πούς ποδός γίνεται, σκηνίπους τις ὤν, ᾧ σκηνοῦσι τὰ σώματα, καὶ συγκοπῇ σκίμπους. λέγεται δὲ τὸ μέρος τοῦ κραββάτου· μεταφορικῶς δὲ ὅλος ὁ κράββατος. conf. Lobeck. ad Phryn. p. 62 sq.

C. ἐξ Οἰνόης] Duo fuerunt pagi Attici hoc nomine insigniti, alter ad Eleutheras, ad Marathonem alter. v. Wesseling. ad Diodor. IV. 20. — Verbum ἀποδιδράσκειν de servis fugitivis proprium. v. Criton. p. 48. D. Sympos. p. 99. A. — ὑπό τινος ἄλλου, prae alio quodam negotio, h. e. propter aliud quoddam negotium, usu frequenti. — ἐπειδὴ δὲ ἦλθον, postquam autem redii. Nam ita ἔρχεσθαι nunc accipiendum usu haud sane raro, quem exemplis ad hunc locum

καὶ δεδειπνηκότες ἦμεν καὶ ἐμέλλομεν ἀναπαύεσθαι, τότε μοι ὁ ἀδελφὸς λέγει, ὅτι ἥκει Πρωταγόρας. καὶ ἔτι μὲν ἐνεχείρησα εὐθὺς παρὰ σὲ ἰέναι, ἔπειτά μοι λίαν πόῤῥω ἔδοξε τῶν νυκτῶν εἶναι. ἐπειδὴ δὲ τάχιστά με ἐκ τοῦ κόπου ὁ ὕπνος ἀνῆκεν, εὐθὺς ἀναστὰς οὕτω δεῦρο ἐπορευόμην. Καὶ ἐγὼ γιγνώσκων αὐτοῦ τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν πτοίησιν, Τί οὖν σοι, ἦν δ' ἐγώ, τοῦτο; μῶν τί σε ἀδικεῖ Πρωταγόρας; D

D. αὐτοῦ τὴν ἀνδρείαν] Hanc formam etiam in hoc libro tuentur codd. meliores omnes satis constanter. Quae cur alteri illi ἀνδρίαν praeferenda sit, ad Gorgiam exposuimus. Deinde unus Coisl. πτόησιν, quod recepit Bekkerus.

confirmavit Heindorfius. Sic etiam ἥκειν usurpatur, ut Menex. p. 240. A. Euthydem. p. 302. B.

καὶ ἔτι μὲν ἐνεχείρησα—, ἔπειτά μοι λίαν —] und noch immer hatte ich zwar den Vorsatz zu dir zu gehen; aber dann schien es mir etc. Nam sic ἔτι μέν intelligas, quod fuit qui aliquamdiu interpretaretur. Ceterum ne quis post μέν desideret δέ, veluti post ἔτι μέν vocula infertur ap. Xenoph. Anab. V, 10, 15. et alibi, solet ita ἔπειτα et εἶτα post πρῶτον μέν similesque formulas omisso δέ passim inferri. v. Phaedon. p. 86. E. Protagor. p. 339. E. Demosth. Midian. p. 43. ed. Buttm. al. Sic τέως μέν sequente εἶτα legitur apud Xenoph. Hellen. II, 2, 17. et μάλιστα μέν — ἔπειτα apud Plat. Sophist. p. 265. E. — πόῤῥω τῶν νυκτῶν, weit in die Nacht hinein. v. ad Sympos. p. 217. D. Aeschin. adv. Ctesiph. §. 122: ἤδη δὲ πόῤῥω τῆς ἡμέρας οὔσης.

D. ἐπειδὴ δὲ τάχιστά με —] Simulatque autem me post lassitudinem somnus remisit etc. Ἐκ non idem est quod μετά, sed ponitur sic, ut aliquid statim et continuo post aliud quiddam evenisse vel evenire significet, prorsus ut Latin. ex. Cicer. Brut. c. 92. Cotta ex consulatu profectus est in Galliam, i. e. statim post consulatum. Itaque hic eleganti iudicio positum est ad indicandam gravius hominis festinationem, qui statim, ut somnus artus fessos relaxavisset, se ad Socratem contulerit. — ὕπνος ἀνῆκεν. Nam somnus homines vinctos tenet. Loquendi genus utriusque linguae scriptoribus commune docte illustrarunt N. Heinsius et Burmannus ad Ovid. Metam. XI. v. 238. Hemsterhusius Miscell. Nov. T. I. P. III. p. 20.

οὕτω δεῦρο ἐπ.] Rursus οὕτω post participium illatum. v. ad Phaedon. p. 61. C. al. Deinde ἀνδρείαν vocat hominis pertinaciam, πτοίησιν autem intelligit sollicitum anxiumque eius studium ac trepidationem.

τί οὖν σοι — τοῦτο] Intell. διαφέρει. — Deinde ἀδικεῖ dictum usu frequenti pro ἠδίκηκεν, h. e. ἄδικός ἐστιν. v. Heindorf. ad h. l. coll. Xenoph. Anab. I, 5, 11. V, 6, 33.

Καὶ ὃς γελάσας, Νὴ τοὺς θεούς, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὅτι γε μόνος ἐστὶ σοφός, ἐμὲ δὲ οὐ ποιεῖ. Ἀλλὰ ναὶ μὰ Δία, ἔφην ἐγώ, ἂν αὐτῷ διδῷς ἀργύριον καὶ πείθῃς ἐκεῖνον, ποιήσει καὶ σὲ σοφόν. Εἰ γάρ, ἦ δ' E ὅς, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, ἐν τούτῳ εἴη· ὡς οὔτ' ἂν τῶν ἐμῶν ἐπιλίποιμι οὐδὲν οὔτε τῶν φίλων. ἀλλ' αὐτὰ ταῦτα καὶ νῦν ἥκω παρὰ σέ, ἵνα ὑπὲρ ἐμοῦ διαλεχθῇς αὐτῷ. ἐγὼ γὰρ ἅμα μὲν καὶ νεώτερός εἰμι, ἅμα δὲ οὐδὲ ἑώρακα Πρωταγόραν πώποτε, οὐδ' ἀκήκοα οὐδέν· ἔτι γὰρ παῖς ἦ, ὅτε τὸ πρότερον ἐπεδήμησεν. ἀλλὰ γάρ, ὦ Σώκρατες, πάντες τὸν ἄνδρα ἐπαινοῦσι

E. ἔτι γὰρ παῖς ἦ] Bas. 2. Flor. b. Paris. E. Vat. (i. e. Vat. Θ., quem ad hunc librum saepe simpliciter Vaticanum nominabimus, alteri litteram r semper addituri) et duo alii ex corr. ἦν. v. Buttmann, Gr. maxim. T. I. P. I. p. 552. Hermann. Praefat. ad Oedip. Reg. p. VII. sqq., qui ἦ pro aoristo, ἦν pro imperfecto usurpatum esse suspicatur p. XIX. Deinde codd. meliores omnes cum edit. Bas. 2. τὸ πρότερον pro vulg. τὸ πρῶτον praebuerunt. Veterem lectionem non nisi quinque codices tuentur.

P. 311. Μήπω, ὦ 'γαθέ, ἐκ.] Sic Coisl. ex corr. et Vat. VI, 4, 27. Lysias p. 23. ed. Brem. al.

ἂν αὐτῷ διδῷς — ἐκεῖνον] Αὐτός pariter atque ἐκεῖνος ad Protagoram referendum, in qua constructione nihil inesse insolentiae docebunt ea, quae ad Phaedon. p. 106. B. et Euthyphr. p. 14. D. scripsimus.

ὦ Ζεῦ καὶ θεοί] Demosthen. pro Phormion. p. 966: ὦ Ζεῦ καὶ θεοί. Idem paullo inferius: μὰ τὸν Δία καὶ τοὺς θεούς, ac deinde adhuc inferius μὰ τὸν Δία καὶ τοὺς θεοὺς ἅπαντας. Similiter orator contra Timarch. p. 272: πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν θεῶν: sed paullo ante plenius: πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν ἄλλων θεῶν. Plura dabit Bergler. ad Aristoph. Plut. v. 1., ubi item est ὦ Ζεῦ καὶ θεοί. v. Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 848. Pertinent huc etiam talia: ἐν Ἀθηναίοις καὶ τοῖς Ἕλλησι Aristoph. Nubb. v. 412. ἥλιος καὶ ἄστρα Plat. Politic. p. 345. C. al. — Εἰ γὰρ — ἐν τούτῳ εἴη, utinam res in hoc vertatur, in hoc posita sit. Dictionem multi illustrarunt, quos laudat Matth. Gr. Ampl. p. 1141. Conf. infra p. 356. D. Male Stephanus vertit in hoc positum esset. Neque enim imperfectum indicativi positum est.

E. οὔτ' ἂν τῶν ἐμῶν —] Bene Heindorfius: nulla in re neque ex meis neque ex amicorum facultatibus deero s. deficiam, collato Phileb. p. 62. D. Accuratius tamen sic explices: nihil neque meorum bonorum neque bonorum, quae amici possident, reliqui faciam. De breviloquentia in τῶν φίλων v. ad Gorg. p. 454. E. — αὐτὰ ταῦτα, i. e. δι' αὐτὰ ταῦτα, ut Sympos. p. 204. A. v. Matth. §. 467. 14.

καί φασι σοφώτατον εἶναι λέγειν. ἀλλὰ τί οὐ βαδί- 311
ζομεν παρ' αὐτὸν, ἵνα ἔνδον καταλάβωμεν; καταλύει
δ', ὡς ἐγὼ ἤκουσα, παρὰ Καλλίᾳ τῷ Ἱππονίκου. ἀλλ'
ἴωμεν. Καὶ ἐγὼ εἶπον· Μήπω, ὦ 'γαθέ, ἐκεῖσε ἴωμεν,
πρῲ γάρ ἐστιν, ἀλλὰ δεῦρο ἐξαναστῶμεν εἰς τὴν αὐ-
λήν, καὶ περιιόντες αὐτοῦ διατρίψωμεν, ἕως ἂν φῶς
γένηται· εἶτα ἴωμεν. καὶ γὰρ τὰ πολλὰ Πρωταγόρας
ἔνδον διατρίβει· ὥςτε, θάῤῥει, καταληψόμεθα αὐτόν,
ὡς τὸ εἰκός, ἔνδον.

Cap. III. *Μετὰ ταῦτα ἀναστάντες εἰς τὴν αὐ-*
λὴν περιῇμεν. Καὶ ἐγὼ ἀποπειρώμενος τοῦ Ἱπποκρά- B

r. Vulg. *Μήπω, ἀγαθέ*, quod iam Heindorfius de coniectura mutavit. Quanquam *ὦ* bene novimus ante vocativum non raro omitti. v. Rückert. ad Symp. p. 94. Winckelman. ad Euthydem. p. 89. Bornemann. ad Xenoph. Symp. p. 145. et ad Memor. p. 49.

Cap. III. *εἰς τὴν αὐλὴν περιῇμεν*] V. *περιῄειμεν*. Bodl. Flor. a. o. Vat. Paris. B. al. *περιήιμεν*, unde prodit scriptura iam a Bekkero restituta. v. Elmslei. ad Eurip. Suppl. v. 752. p. 253. ed. Lips. coll. Buttmann. Gr. Ampl. T. I. p. 554 sq. Contracta forma etiam Apol. Socr. p. 21. D. E. p. 22. A. C. al. repetitur.

οὐδ' ἀκήκοα οὐδέν] Int. *αὐτοῦ*. v. Matth. §. 428. 2. et Heindorf. ad h. l.

τί οὐ βαδίζομεν] Sed age eamus ad eum. Nam ne praesens quidem tempus in hac formula rarum. Lysid. p. 211. D: *τί οὖν οὐκ ἐρωτᾷς;* Cratyl. p. 420. B: *ἀλλὰ τί ἔτι οὐ λέγεις;* ubi Heindorf. *σύ* vel *αὖ* pro *οὐ* legendum censet. Gorg. p. 468. D.: *τί οὐκ ἀποκρίνει;* Aristoph. Lysistr. v. 1103: *τί οὐ καλοῦμεν δῆτα τὴν Λυσιστράτην;*

P. 311. *παρὰ Καλλίᾳ τῷ Ἱππον.*] Fuit hic vir opulentissimus, quum omnino sophistis mirifice deditus, tum Protagorae imprimis amicus et familiaris, sicuti apparet etiam ex Theaet. p. 164. E. De eius vita et ingenio disputavit Perizon. ad Ael. V. H. XIV, 16. Boeckh. De Oecon. Att. T. II. p. 16 sq. Plurimos veterum scriptorum locos, qui de illo agunt, collegit Heindorfius ad h. l. Cf. not. ad Apolog. Socr. p. 20. A.

ἐξαναστῶμεν εἰς τὴν αὐλήν] sed huc pergamus in atrium. De verbo *ἐξαναστῶμεν* cum *εἰς* iuncto v. ad Phaedon. p. 116. A. coll. Thiersch. Gr. §. 313. 15. c. p. 587. ed. tert. — *αὐτοῦ διατρίψωμεν*, ibi conversemur et colloquamur. v. ad Euthyphron. ini — *τὰ πολλά*, plerumque; qua significatione vulgo coniuncte scribitur *ταπολλά*.

ὥςτε, θάῤῥει, καταληψ.] Usum verbi *θάῤῥει* reliquae orationi sic interiectae exemplis illustrarunt Heindorf. ad h. l. Schneider. ad Xenoph. Cyrop. p. 34. intpp. ad Soph. Oed. Col. v. 1185.

Cap. III. *ἀποπειρ. — ῥώμης*] In his *ῥώμη* est animi fortitudo et constantia,

τους τῆς ῥώμης διεσκόπουν αὐτὸν καὶ ἠρώτων, Εἰπέ μοι, ἔφην ἐγώ, ὦ Ἱππόκρατες, παρὰ Πρωταγόραν νῦν ἐπιχειρεῖς ἰέναι ἀργύριον τελῶν ἐκείνῳ μισθὸν ὑπὲρ σεαυτοῦ, ὡς παρὰ τίνα ἀφιξόμενος καὶ τίς γενησόμενος; ὥςπερ ἂν εἰ ἐπενόεις παρὰ τὸν σαυτοῦ ὁμώνυμον ἐλθὼν Ἱπποκράτη τὸν Κῷον, τὸν τῶν Ἀσκληπιαδῶν, ἀργύριον τελεῖν ὑπὲρ σαυτοῦ μισθὸν ἐκείνῳ, εἴ τίς σε ἤρετο· Εἰπέ μοι, μέλλεις τελεῖν, ὦ Ἱππόκρατες, Ἱπποκράτει μισθὸν ὡς τίνι ὄντι; τί ἂν ἀπεκρί-
C νω; Εἶπον ἄν, ἔφη, ὅτι ὡς ἰατρῷ. Ὡς τίς γενησόμενος; Ὡς ἰατρός, ἔφη. Εἰ δὲ παρὰ Πολύκλειτον τὸν Ἀργεῖον ἢ Φειδίαν τὸν Ἀθηναῖον ἐπενόεις ἀφικόμενος μισθὸν ὑπὲρ σαυτοῦ τελεῖν ἐκείνοις, εἴ τίς σε ἤρετο· Τελεῖν τοῦτο τὸ ἀργύριον ὡς τίνι ὄντι ἐν

B. *Εἰπέ μοι, ἔφην ἐγώ*] Additum est ἐγώ e Bas. 2. codd. Bodl. Vind. Coisl. Vat. Θ. Venet. Ξ.

Ἱπποκράτη τὸν Κῷον] V. Κῶον. Cod. Bodl. κῶιον: quod unice verum. Solet enim in eo codice ῑ non subscribi, sed ad-

quae in proposito perseverat neque se ab eo deterreri patitur, ut Thucyd. VII, 18. et al. Similem usum habet verbum ῥώννυμι, quod passim significat animum addo, animum facio. v. Goeller. ad Thucyd. VI, 17.

B. *ἀργύριον τελῶν ἐκ.*] pecuniam illi soluturus. Nam τελῶν est forma futuri Attica. Euthyphr. §. 2: ἔρχεται κατηγορήσων μου. Matth. §. 566. 7.

εἰ ἐπενόεις — ἀπεκρίνω] Constructionem illustravimus ad Gorg. p. 453. C. et ad Sympos. p. 199. D. — Hippocrates Cous, nobilissimus ille artis medicae parens ac princeps, floruit circiter a. 430. a. Chr. n. Dicitur hic genus suum ad Herculem et Aesculapium retulisse. Itaque etiam Phaedr. p. 270. C: εἰ μὲν Ἱπποκράτει τῷ τῶν Ἀσκληπιαδῶν δεῖ τι πείθεσθαι.

C. *παρὰ Πολύκλειτον*] Polycletus Argivus inclitum adeptus est nomen statua Veneris illa, quae in templo Apollinis Amyclaeo fuit collocata. Non confundendus est hic cum Polycleto Sicyonio, de quo Plin. H. N. XIX, 2. Cicer. Brut. 86. al. — De Phidia nota sunt omnia. v. Plin. H. N. XXXVI, 4, 8. XXXIV. 19. al.

D. *ἂν μὲν ἐξικνῆται — εἰ δὲ μή*]. Post ἂν μὲν ἐξικνῆται καὶ — πείθωμεν αὐτόν omissum est verbum primarium, quod subsequente alia sententia per εἰ δὲ μή illata non raro fieri vel tirones noverunt hodie. Sed quod vulgo intelligunt animo εὖ ἂν ἔχοι, id hoc loco per sententiae rationem fieri recte non posse acute observavit Heindorfius, qui ex praecedentibus verbis repetendum vidit participium τὰ ἡμέτερα τελοῦντες s. ταῦτα ἀναλίσκοντες. Atque hanc rationem unice veram esse vel proximum istud participium προςαναλίσκοντες satis testatur. Perperam igitur in vett. editt. post

νῷ ἔχεις Πολυκλείτῳ τε καὶ Φειδίᾳ; τί ἂν ἀπεκρίνω; Εἶπον ἂν ὡς ἀγαλματοποιοῖς. Ὡς τίς δὲ γενησόμενος αὐτός; Δῆλον, ὅτι ἀγαλματοποιός. Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ. παρὰ δὲ δὴ Πρωταγόραν νῦν ἀφικόμενοι ἐγώ τε D καὶ σὺ ἀργύριον ἐκείνῳ μισθὸν ἕτοιμοι ἐσόμεθα τελεῖν ὑπὲρ σοῦ, ἂν μὲν ἐξικνῆται τὰ ἡμέτερα χρήματα καὶ τούτοις πείθωμεν αὐτόν, — εἰ δὲ μή, καὶ τὰ τῶν φίλων προσαναλίσκοντες. εἰ οὖν τις ἡμᾶς περὶ ταῦτα οὕτω σφόδρα σπουδάζοντας ἔροιτο· Εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατές τε καὶ Ἱππόκρατες, ὡς τίνι ὄντι τῷ Πρωταγόρᾳ ἐν νῷ ἔχετε χρήματα τελεῖν; τί ἂν αὐτῷ ἀποκριναίμεθα; τί ὄνομα ἄλλο γε λεγόμενον περὶ E Πρωταγόρου ἀκούομεν, ὥςπερ περὶ Φειδίου ἀγαλματοποιὸν καὶ περὶ Ὁμήρου ποιητήν; τί τοιοῦτον περὶ

scribi, quod in codd. vetustissimis factum. Scripturam Κῷον etiam Bekkerus restituendam iudicavit.

E. περὶ Πρωταγόρου ἀκούομεν] Bas. 2. et codd. Bodl. Vind. Flor. a. b. c. o. al. ἠκούομεν. Male. v. ad Gorg. p. 503. C.

ὑπὲρ σοῦ plenior facta interpunctio est.

εἰ οὖν τις — ἔροιτο] In superioribus εἴ τις ἤρετο dixerat, subiecto alio indicativo praeteriti. Recte. Etenim ibi Hippocratem significabat neque medicae arti neque statuariae velle operam dare, sed ponebat tantum ac sumebat id, quod revera non esset: in cuiusmodi propositionibus constat indicativum imperfecti vel aoristi adhiberi solere. Alia prorsus huius loci ratio est, in quo loquitur de re, quam accidere posse cogitat, quia Hippocrates in eo est, ut Protagorae utatur institutione ac disciplina. Res pusilla, apud Platonem passim diligenter observanda.

Εἰπέ μοι, ὦ Σ.] Singularis numerus in talibus ponitur, quando praecipue compellatur unus de pluribus. Euthydem. p. 283. B: εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατές τε καὶ ὑμεῖς οἱ ἄλλοι. Lachet. p. 186. E. Aristoph. Acharn. v. 318: εἰπέ μοι — ὦ δημόται. Avv. v. 388. Pac. v. 446. Eurip. Iphig. Aul. v. 1368. Vicissim pluralis verbi ponitur, quum nonnisi unus deinde nominetur de iis, qui compellantur. Aristoph. Ran. v. 1479: χωρεῖτε τοίνυν, ὦ Διόνυσ', ἔσω. Lucian. Dial. Marin. XIV, 1: ἀλλ' ἴστε, οἶμαι, ὦ Ἰφιάνασσα, τὸν Περσέα — οἰκτείρασαι αὐτούς. Virgil. Aen. IX. v. 525: vos, o Calliope, precor, adspirate canenti. De hoc genere loquendi v. Schaefer. ad Sophocl. Oed. Col. v. 1102. Reisig. Coniect. in Aristoph. p. 237. Elmslei. ad Aristoph. Acharn. v. 741. Matth. §. 511. 1. coll. §. 312. 2. et de Latinis Ruddimann. Institutt. Grammat. T. II. p. 9. ed. Lips.

E. τί ὄνομα ἄλλο γε λεγόμενον] Ne ἄλλο ineptum esse opineris, referendum illud

Πρωταγόρου ἀκούομεν; Σοφιστὴν δή τοι ὀνομάζουσί
γε, ὦ Σώκρατες, τὸν ἄνδρα εἶναι, ἔφη. Ὡς σοφι-
στῇ ἄρα ἐρχόμεθα τελοῦντες τὰ χρήματα; Μάλιστα.
Εἰ οὖν καὶ τοῦτό τίς σε προςέροιτο· Αὐτὸς δὲ δὴ
312 *ὡς τίς γενησόμενος ἔρχει παρὰ τὸν Πρωταγόραν;*
Καὶ ὃς εἶπεν ἐρυθριάσας — ἤδη γὰρ ὑπέφαινέ τι
ἡμέρας, ὥςτε καταφανῆ αὐτὸν γενέσθαι — Εἰ μέν
τι τοῖς ἔμπροσθεν ἔοικε, δῆλον ὅτι σοφιστὴς γενη-
σόμενος. Σὺ δὲ, ἦν δ' ἐγώ, πρὸς θεῶν, οὐκ ἂν
αἰσχύνοιο εἰς τοὺς Ἕλληνας αὐτὸν σοφιστὴν παρέ-
χων; Νὴ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες, εἴπερ γε ἃ διανοοῦ-
μαι χρὴ λέγειν. Ἀλλ' ἄρα, ὦ Ἱππόκρατες, μὴ οὐ
τοιαύτην ὑπολαμβάνεις σου τὴν παρὰ Πρωταγόρου
B *μάθησιν ἔσεσθαι, ἀλλ' οἵαπερ ἡ παρὰ τοῦ γραμμα-*

Ὡς σοφιστῇ ἄρα ἐρχ.] V. ἆρα, quod e Vind. Flor. o. Coisl. emendatum.

P. 312. *αὐτὸν σοφιστὴν παρέχων*] Codd. Coisl. Venet. Ξ. et Σ. ex corr. *σαυτόν*, quod recepit Bekkerus. Nolui imitari, si quidem non temere tradiderunt grammatici veteres *ἑαυτοῦ* poni etiam pro *ἐμαυτοῦ* et *σαυτοῦ*. v. ad Phaedon. p. 91. C. Hermann. ad Soph. Trach. v. 451. Reisig. ad Soph. Oed. Col. p. 311. Coniect. p. 206 est ad proxima: *ὥςπερ περὶ Φειδίου ἀγαλματοποιόν κ. τ. λ.* Itaque sententia verborum haec est: num itidem tale nomen Protagorae tribuitur, quale Phidiae, qui statuarius vocatur, atque Homero, qui poeta audit? — *ὀνομάζουσι — εἶναι.* Saepenumero post *λέγειν*, *ὀνομάζειν*, *προςαγορεύειν*, infertur *εἶναι*, ubi rectius videatur abesse. v. Matth. §. 420. annot. 1. *α.*

P. 312. *παρὰ τὸν Πρωταγόραν*] Int. *τί ἂν φαίης;* Eadem ellipsis est Phaedr. p. 268. B. Cratyl. p. 392. C. al.

ἤδη γὰρ ὑπέφαινέ τι ἡμέρας] Frequens est dictio *ὑποφαίνει ἡμέρα*, vel etiam *ὑποφαίνει*, nomine substantivo omisso, de die illucescente. v. Heindorf. ad h. l. et Wyttenbach. ad Eunap. p. 109. Mox Stephanus scribendum putabat: *εἰ μέν τι τοῖς ἔμπροσθεν τοῦτο ἔοικε.* Sed saepe *τοῦτό* vel *τὸ πρᾶγμα* sic omissum reperiri verissime monuit Heindorfius. Exempla rei plurima dedi ad Theaet. p. 187. C. 196. B. Neque codd. de vulgata lectione inter se discrepant.

οὐκ ἂν αἰσχύνοιο] Apparet ex hoc loco clarissime nomen sophistarum illa aetate parum honorificum habitum esse. — *εἰς τοὺς Ἑλλ.* Tim. p. 25. B: *εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους διαφανὴς τῇ ἀρετῇ.* Sympos. p. 179. B: *ἱκανὴν μαρτυρίαν παρέχεται*

τιστοῦ ἐγένετο καὶ κιθαριστοῦ καὶ παιδοτρίβου· τούτων γὰρ σὺ ἑκάστην οὐκ ἐπὶ τέχνῃ ἔμαθες, ὡς δημιουργὸς ἐσόμενος, ἀλλ' ἐπὶ παιδείᾳ, ὡς τὸν ἰδιώτην καὶ τὸν ἐλεύθερον πρέπει. Πάνυ μὲν οὖν μοι δοκεῖ, ἔφη, τοιαύτη μᾶλλον εἶναι ἡ παρὰ Πρωταγόρου μάθησις.

Cap. IV. Οἶσθα οὖν ὃ μέλλεις νῦν πράττειν, ἤ σε λανθάνει; ἦν δ' ἐγώ. Τοῦ πέρι; Ὅτι μέλλεις τὴν ψυχὴν τὴν σαυτοῦ παρασχεῖν θεραπεῦσαι ἀνδρί, ὡς φῄς, σοφιστῇ· ὅ τι δέ ποτε ὁ σοφιστής ἐστι, θαυμάζοιμ' ἂν εἰ οἶσθα. καίτοι εἰ τοῦτ' ἀγνοεῖς, οὐδὲ ὅτῳ παραδίδως τὴν ψυχὴν οἶσθα, οὔτ' εἰ ἀγαθῷ οὔτ' εἰ κακῷ πράγματι. Οἶμαί γ', ἔφη, εἰδέναι. Λέγε δή, τί ἡγεῖ εἶναι τὸν σοφιστήν; Ἐγὼ μέν, ἦ C

sqq. Bernhardy Synt. p. 272. Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 92. Boissonad. ad Eunap. p. 342.

Ἀλλ' ἆρα, ὦ Ἱππ.] Ald. Bas. 1. 2. cod. Vind. ἀλλ' ἄρα, ὦ Ἱππ. Sed hac lectione probata rescribere debebis: ἀλλ' ἆρα μή, ὦ Ἱππ., οὐ τ. ὑπ. Stephanus ἀλλ' ὅρα legendum putabat; quod si verum esset, etiam ὑπολαμβάνῃς reponi oporteret, quod in Coisl. Ven. ΞΣ. Par. BE. scriptum exstat. Sed nihil mutandum. v. annot.

εἰς τοὺς Ἕλληνας, ubi v. ann. coll. Matth. §. 578.

Ἀλλ' ἆρα — μὴ οὐ τοιαύτην —] Verissime Heindorfius hanc lectionem tuetur sic, ut interrogationem moneat initium capere inde a verbis μὴ οὐ τοιαύτην κ. τ. λ. Exempla vocularum ἀλλ' ἆρα — μή sic coniunctarum v. ad Apolog. Socr. p. 25. A. et de μὴ οὐ interrogativo quae scripsimus ad Menon. p. 89. C. Sententia haec est: numquid tu, o Hippocrate, non talem putas Protagorae disciplinam fore, qua reddaris sophista; sed talem potius, qua nonnisi liberaliter erudiaris neque ad artis professionem conformeris. De institutione iuvenum Atheniensium v. infra p. 326. A. sqq.

B. ἀλλ' ἐπὶ παιδείᾳ] H. e. ut eruditionis liberalioris particeps fieres. v. Gorg. p. 485. A., ubi Callicles philosophiam ait tractandam esse παιδείας χάριν, neque totam vitam in eius studio consumi debere. Itaque opponitur ἐπὶ τέχνῃ, ut p. 315. A: καὶ ἐπὶ τέχνῃ μανθάνει, ὡς σοφιστὴς ἐσόμενος. Gellius N. A. XIII, 15: humanitatem appellaverunt id propemodum, quod Graeci παιδείαν vocant, nos eruditionem institutionemque in bonas artes dicimus. — ἰδιώτης h. l. intelligitur qui artem non publice profitetur; additurque ἐλεύθερος, h. e. liberalis, quia artes istae erant mercenariae.

δ' ὅς, ὥςπερ τοὔνομα λέγει, τοῦτον εἶναι τὸν τῶν σοφῶν ἐπιστήμονα. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, τοῦτο μὲν ἔξεστι λέγειν καὶ περὶ ζωγράφων καὶ περὶ τεκτόνων,
D ὅτι οὗτοί εἰσιν οἱ τῶν σοφῶν ἐπιστήμονες· ἀλλ' εἴ τις ἔροιτο ἡμᾶς, τῶν τί σοφῶν εἰσιν οἱ ζωγράφοι ἐπιστήμονες, εἴποιμεν ἄν που αὐτῷ, ὅτι τῶν πρὸς τὴν ἀπεργασίαν τὴν τῶν εἰκόνων, καὶ τἆλλα οὕτως. εἰ δέ τις ἐκεῖνο ἔροιτο· Ὁ δὲ σοφιστὴς τῶν τί σοφῶν ἐστι; τί ἂν ἀποκριναίμεθα αὐτῷ; ποίας ἐργασίας ἐπιστάτης; Τί ἂν εἴποιμεν αὐτὸν εἶναι, ὦ Σώκρατες, ἢ ἐπιστάτην τοῦ ποιῆσαι δεινὸν λέγειν; Ἴσως ἄν, ἦν δ' ἐγώ, ἀληθῆ λέγοιμεν, οὐ μέντοι ἱκανῶς γε· ἐρωτήσεως γὰρ ἔτι ἡ ἀπόκρισις ἡμῖν δεῖται, περὶ ὅτου ὁ σοφιστὴς δεινὸν ποιεῖ λέγειν· ὥςπερ ὁ κιθα-
E ριστὴς δεινὸν δήπου ποιεῖ λέγειν περὶ οὗπερ καὶ ἐπιστήμονα, περὶ κιθαρίσεως. ἦ γάρ; Ναί. Εἶεν. ὁ δὲ δὴ σοφιστὴς περὶ τίνος δεινὸν ποιεῖ λέγειν; ἢ

Cap. IV. D. *τί ἂν ἀποκριναίμεθα αὐτῷ*] Vulg. *ἀποκρινοίμεθα* cum Bekkero correximus invitis libris omnibus. Ratio in promtu est. Proxima olim vitiose scripta et interpuncta sanavimus. v. annot.

Cap. IV. C. *τὸν τῶν σοφῶν ἐπιστήμονα*] Nimirum *σοφιστής* deducitur a *σοφός* et *εἰδέναι*, ut sit *ὁ τῶν σοφῶν ἴστης*. Ceterum ex praegressis repetendum *οἶμαι*.

D. *τῶν τί σοφῶν εἰσιν οἱ ζωγρ.*] Neutro genere hoc *τῶν σοφῶν* accipiendum, ut accusativus *τί* ex *ἐπιστήμονες* pendere existimandus sit. Recte Stephanus: quo pertineant haec *σοφά*, quorum pictores sunt periti; vel circa quam rem versentur haec *σοφά*. Structuram verborum attigit Matth. §. 630. — *καὶ τἆλλα οὕτως*, ceteraque similiter. Intelligi potest *ἔχει*. Infra p. 319. B: *καὶ τἆλλα πάντα οὕτως*. Menon. p. 72. A: *ὡςαύτως δέ, οἶμαι, ὦ Σ., καὶ ἡ κακία*. Ibid. p. 72. C: *οὕτω δὴ καὶ περὶ τῶν ἀρετῶν*. De Republ. VI. p. 507. B: *καὶ οὕτω περὶ πάντων*.

ὁ δὲ σοφιστὴς τῶν τί σοφῶν —] Etiam hic *τῶν σοφῶν* neutro genere accipiendum. Quocirca e superioribus *ἐπιστήμων* intelligi oportet, quod nescio cur addi voluerit Heusdius. Deinde verba *τί ἂν εἴποιμεν αὐτὸν εἶναι;* vulgo trahebantur ad Socratis orationem, intolerabili prorsus sermonis redundantia. Quis enim in terso elegantique scriptore ferat interrogationem istam ter repetitam: *Τί ἂν ἀποκριναίμεθα αὐτῷ; ποίας ἐργασίας ἐπιστάτης; τί ἂν εἴποιμεν αὐτὸν εἶναι;*? Itaque recepta ex cod. Vind. 54. et Vatican. 1029. vocula *ἤ*, quae ante *ἐπιστάτην* de-

δῆλον; ὅτι περὶ οὗπερ καὶ ἐπίσταται; Εἰκός γε.
Τί δή ἐστι τοῦτο, περὶ οὗ αὐτός τε ἐπιστήμων ἐστὶν
ὁ σοφιστὴς καὶ τὸν μαθητὴν ποιεῖ; Μὰ Δί', ἔφη,
οὐκέτι ἔχω σοι λέγειν.
Cap. V. Καὶ ἐγὼ εἶπον μετὰ τοῦτο· Τί οὖν; 313
οἶσθα εἰς οἷόν τινα κίνδυνον ἔρχει ὑποθήσων τὴν
ψυχήν; ἢ εἰ μὲν τὸ σῶμα ἐπιτρέπειν σε ἔδει τῳ
διακινδυνεύοντα ἢ χρηστὸν αὐτὸ γενέσθαι ἢ πονηρόν,
πολλὰ ἂν περιεσκέψω, εἴτ' ἐπιτρεπτέον εἴτε οὔ, καὶ
εἰς συμβουλὴν τούς τε φίλους ἂν παρεκάλεις καὶ τοὺς
οἰκείους σκοπούμενος ἡμέρας συχνάς· ὃ δὲ περὶ πλείο-
νος τοῦ σώματος ἡγεῖ, τὴν ψυχήν, καὶ ἐν ᾧ πάντ'
ἐστὶ τὰ σὰ ἢ εὖ ἢ κακῶς πράττειν, χρηστοῦ ἢ πο-
νηροῦ αὐτοῦ γενομένου, περὶ δὲ τούτου οὔτε τῷ
πατρὶ οὔτε τῷ ἀδελφῷ ἐπεκοινώσω οὔτε ἡμῶν τῶν B
ἑταίρων οὐδενί, εἴτ' ἐπιτρεπτέον εἴτε καὶ οὔ τῷ ἀφι-
κομένῳ τούτῳ ξένῳ τὴν σὴν ψυχήν, ἀλλ' ἑσπέρας

τοῦ ποιῆσαι] τοῦ τὸ ποιῆσαι Bodl. Vat. Par. B C E, vitiose. Dein Bodl. Vat. οὐ μέντοιγε ἔχ.
E. ἢ δῆλον, ὅτι περὶ —] ἤ, quod in libris desideratur, cum Heindorfio et Bekkero adiiciendum iudicavi.

siderabatur, haec: Τί ἂν εἴποιμεν αὐτὸν εἶναι; alteri interlocutori adscripsi. Videlicet τί hic quoque dictum est pro τί ἄλλο. Xenoph. Oecon. III, 2: τί οὖν τούτων ἐστὶν αἴτιον ἢ ὅτι κ. τ. λ. Et fortasse hac ratione vel vulgata scriptura defendi poterit, modo ne haec: τί ἂν — αὐτὸν εἶναι, Socrati tribuantur. Quid enim? rectene poterit sic scribi: Τί ἂν εἴποιμεν αὐτὸν εἶναι, ὦ Σώκρατες; ἐπιστάτην τοῦ π. δ. λέγειν! sc. εἴποιμεν ἂν αὐτόν. Ad ποίας ἐργασίας ἐπιστάτης int. ἔσται.

Cap. V. P. 313. πολλὰ ἂν περιεσκέψω —] De hoc aoristo post imperfectum illato v. ad Sympos. p. 199. D. Euthyphr. p. 12. C. Men. p. 72. B. Gorg. p. 453. C. Protag. p. 311. B.

ἡγεῖ, τὴν ψυχήν] Hanc epexegesin pronominis illustravimus ad Gorg. p. 483. A. Plura dedit Heindorfius ad h. l. Proxima sic intelligas: et ex quo pendet, ut bene aut male habeant tua omnia, si bonum aut malum evaserit. Sic Eurip. Alcest. v. 289: ἐν σοὶ δ' ἐσμὲν καὶ ζῆν καὶ μή. Aristoph. Acharn. v. 474: ἐν ᾧπερ ἐστὶ πάντα μου τὰ πράγματα. Infra p. 356. C: ἐν τούτῳ ἡμῖν ἦν τὸ εὖ πράττειν. Deinde quod δέ ante τούτου iteratum est, nihil hoc loquendi genere frequentius, de quo praeter Heindorfium ad h. l. v. infra p. 325. B. annot. ad Phaedon. p. 78. C. Alcibiad. I. p. 109. A. Lachet. p. 194. D.

B. τῷ ἀφικομένῳ τούτῳ

ἀκούσας, ὡς φῄς, ὄρθριος ἥκων περὶ μὲν τούτου οὐδένα λόγον οὐδὲ συμβουλὴν ποιεῖ, εἴτε χρὴ ἐπιτρέπειν σαυτὸν αὐτῷ εἴτε μή, ἕτοιμος δ' εἶ ἀναλίσκειν τά τε σαυτοῦ καὶ τὰ τῶν φίλων χρήματα, ὡς ἤδη διεγνωκώς, ὅτι πάντως συνεστέον Πρωταγόρᾳ, ὃν οὔτε γιγνώσκεις, ὡς φῄς, οὔτε διείλεξαι οὐδεπώποτε,
C σοφιστὴν δ' ὀνομάζεις, τὸν δὲ σοφιστήν, ὅ τι ποτέ ἐστι, φαίνει ἀγνοῶν, ᾧ μέλλεις σαυτὸν ἐπιτρέπειν; Καὶ ὃς ἀκούσας, Ἔοικεν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἐξ ὧν σὺ λέγεις. Ἆρ' οὖν, ὦ Ἱππόκρατες, ὁ σοφιστὴς τυγχάνει ὢν ἔμπορός τις ἢ κάπηλος τῶν ἀγωγίμων, ἀφ' ὧν ψυχὴ τρέφεται; φαίνεται γὰρ ἔμοιγε τοιοῦτός τις. Τρέφεται δὲ ψυχή, ὦ Σώκρατες, τίνι; Μαθήμασι δήπου, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ὅπως γε μή, ὦ ἑταῖρε, ὁ σοφιστὴς ἐπαινῶν ἃ πωλεῖ ἐξαπατήσῃ ἡμᾶς, ὥσπερ οἱ

Cap. V. P. 313. B. ὄρθριος ἥκων] Male codd. plerique cum Bodl. et Vat. ὄρθριον. v. annot.

C. φαίνεται γὰρ ἔμοιγε τ. τις] Haec verba vulgo Hippocrati tribuuntur. Cui rationi adversatur usus vocis γάρ, quae Πάνυ μὲν οὖν aut simile quid praemissum flagitat; magis etiam repugnat proxima Hippocratis interrogatio. Quanquam fateor malle me deinceps: Τρέφεται δέ, ἔφη, ὦ Σώκρ., ψυχὴ τίνι; Plurimi codd.

ξένῳ] Iniuria Heindorfius scribendum censet τούτῳ τῷ ξένῳ. Xenoph. Anabas. IV, 2, 6: ἀλλὰ μαστὸς ἦν, παρ' ὃν ἦν ἡ στενὴ αὕτη ὁδός, ubi quis corrigat ἡ στενὴ αὕτη ἡ ὁδός?

ὄρθριος ἥκων] Adiectivum pro adverbio. v. Matth. §. 446. 7. Horat. Epist. I, 6, 20: vespertinus pete tectum.

οὔτε διείλεξαι] Intelligi licet αὐτῷ. v. Matth. §. 428. 2.

C. τὸν δὲ σοφιστήν, ὅ τι ποτε ἔστι, φαίνει ἀγν.] H. e. ὅ τι δέ ποτε ἔστιν ὁ σοφιστής, φαίνει ἀγνοῶν. Loquendi genus et illustratum a multis et hodie satis notum. v. Matth. §. 296. De Latinis vid. Oudendorp. ad Hirt. Bell. Afr. c. 20. et Cort. ad Sallust. Iug. 14, 11.

Ἔοικεν, ἔφη, — ἐξ ὧν —] Plene dicendum erat ἔοικεν, ἔφη, οὕτως ἔχειν ἐξ ὧν —. Sed ad eundem modum Phaedon. p. 99. E: ἴσως μὲν οὖν, ὡς εἰκάζω, τρόπον τινὰ οὐκ ἔοικεν. et infra p. 330. B. Deinde ἆρ' οὖν est nonne, ut sexcenties. — Quid ἔμπορος et κάπηλος inter se differant, explicatum est ad Gorg. p. 517. D. Artem sophistarum esse καπηλικὴν καὶ ἐμπορικήν, hospes Eleaticus in Sophist. p. 223. D. sqq. subtiliter disputat. conf. etiam Xenoph. Mem. I, 6, 12. Aristot. De Sophist. Elench. c. I, 6.

ὅπως γε μὴ — ἐξαπατή-

B. *οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες εἰ τὰ μὲν ἄλλα —*] Non video repetitum hoc *εἰ* quid molestiae afferat. Neque haereo in voculae collocatione. Nam istud *οἱ ἀγαθοί* cum vi dicitur ideoque tum primum locum in hac verborum comprehensione occupat, tum iteratur in periodi clausula. Quanquam in his: *ὡς θαυμασίως γίγνονται οἱ ἀγαθοί*, vereor ne error aliquis lateat. Quod Schleiermacherus legendum coniecit *ὡς θαυμάσιοί σοι γίγνονται οἱ ἀγαθοί*, merito Heindorfio in hac ratione tum *σοί* tum *γίγνονται* displicuit. Ipse mendum in verbo *γίγνονται* latere suspicatur, quod non est veri dissimile. Codices nihil variant: Ficinus haec interpretatur sic: adverte, quam mirabiliter in eo excellentes evadant: unde nihil lucramur. Argumentationis series hanc requirit sententiam: vide, quam miri homines boni isti nobis evadant, *quippe* qui, licet virtutem doctrina et institutione comparari posse persuasum habeant, tamen filios suos ad eam conformari minime curent. Fortasse tamen tolerari vulgata lectio potest, si quidem verba licet hoc modo interpretari: vide, quam mira istorum bonorum ratio evadat, videlicet ex hoc tuo iudicio. Quo facto *γίγνεσθαι* putandum est similiter coniungi cum adverbio, atque *εἶναι* in iis locis, de quibus diximus ad Euthyphron. p. 10. sq.

ἥ τε ζημία θάνατος αὐτῶν] Voculae *τέ* collocationem ne mireris, ista *ἥ τε ζημία θάνατος*, si sensum spectas, unam sane notionem efficiunt. Quamobrem *τέ* primo adhaerescit vocabulo. Ceterum mirandum non est, quod in hac similibusque locutionibus v. *ζημία* articulum praefixum habet. Significatur

τῷ θανάτῳ χρημάτων τε δημεύσεις καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν ξυλλήβδην τῶν οἴκων ἀνατροπαί, ταῦτα δ' ἄρα οὐ διδάσκονται, οὐδ' ἐπιμελοῦνται πᾶσαν ἐπιμέλειαν; Οἴεσθαί γε χρή, ὦ Σώκρατες.

Cap. XV. Ἐκ παίδων σμικρῶν ἀρξάμενοι μέχρι οὗπερ ἂν ζῶσι καὶ διδάσκουσι καὶ νουθετοῦσιν. ἐπειδὰν θᾶττον συνιῇ τις τὰ λεγόμενα, καὶ τροφὸς καὶ μήτηρ καὶ παιδαγωγὸς καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ περὶ τούτου διαμάχονται, ὅπως ὡς βέλτιστος ἔσται ὁ παῖς, D παρ' ἕκαστον καὶ ἔργον καὶ λόγον διδάσκοντες καὶ

Vulgo μέχρις οὗπερ. v. ad Sympos. c. XXIX. in. Aliter statuunt Lobeck. ad Phryn. p. 14. Krüger. ad Dionys. Hal. Hist. p. 108., qui tamen variarum lectionum apud Platonem rationem non subduxerunt. Ceterum Stephanus, asyndetorum osor acerrimus, ὑποστιγμῇ post ὦ Σώκρατες posita, ante ἐκ παίδων interposuit ὅτι.

θᾶττον συνιῇ τις] Sic Vat. pro vulg. συνίῃ. Bodl. accentu caret. v. Buttmann. Gr. Ampl. T. I. p. 543.

D. ὅπως ὡς βέλτ.] Bodl. Vind. Vat. al. ὡς omittunt. Male.

enim poena legibus constituta. Demosth. de fals. leg. p. 380. ed. Reisk.: τῶν τοιούτων ὁ νόμος θάνατον τὴν ζημίαν εἶναι κελεύει. Ibid. p. 381: ὃς θάνατον κελεύει τούτων τὴν ζημίαν εἶναι. Ibid. p. 433. Isocr. de Pac. c. 7. p. 189. ed. Bekk.: θανάτου τῆς ζημίας ἐπικειμένης. Aeschin. p. 642. recte aliquot codd. Bekkeri: ἐφ' οἷς ἐστιν ἡ παρὰ τῶν νόμων ζημία θάνατος: vulgo ἐστὶν ἐκ τ. νόμ. Lysias p. 234. ed. Brem.: ἐφ' οἷς δὲ θάνατός ἐστιν ἡ ζημία.

C. ταῦτα δ' ἄρα οὐ διδ.] Prorsus eodem modo post ἄρα infertur δ' ἄρα Criton. p. 50. E: ἦ πρὸς μὲν ἄρα σοι τὸν πατέρα οὐκ ἐξ ἴσου ἦν τὸ δίκαιον — πρὸς δὲ τὴν πατρίδα ἄρα καὶ τοὺς νόμους ἐξέσται σοι; De Republ. X. p. 600. D: ἀλλὰ Πρωταγόρας μὲν ἄρα — καὶ Πρόδικος — φιλοῦνται, Ὅμηρον δ' ἄρα — ῥαψῳδεῖν ἂν — εἴων; Usurpatur haec ratio cum vi quadam et gravitate in conclusione a minore ad maius, quam dialectici vocant, quum id, quod secundo loco commemoratur, propter rei antea memoratae conditionem absurdum et ineptum videri significatur. Similia notavimus ad Apolog. Socr. p. 34. C. De repetito δέ v. Buttmann. ad Demosth. Midian. p. 155.

Οἴεσθαί γε χρή] Formulam οἴεσθαί γε χρή reliquis verbis ἀσυνδέτως interponi solere docuit ad h. l. Heindorf. Conferantur nostra ad Criton. p. 53. C. Deinde in hoc principio novae disputationis, quae ad superiorem sententiam confirmandam instituitur, neminem morabitur ἀσύνδετος oratio. v. ad Phaedon. p. 91. C. Neque mox haerendum est in istis: ἐπειδὰν θᾶττον συνιῇ, in quibus quis utique γάρ additum velit.

Cap. XV. D. παρ' ἕκαστον κ. ἔργ. —] Germanice dicas: indem sie bei jeder Handlung und jedem Worte ihn belehren etc. Male Ficinus

ἐνδεικνύμενοι, ὅτι τὸ μὲν δίκαιον, τὸ δὲ ἄδικον, καὶ τόδε μὲν καλόν, τόδε δὲ αἰσχρόν, καὶ τόδε μὲν ὅσιον, τόδε δὲ ἀνόσιον, καὶ τάδε μὲν ποίει, τάδε δὲ μὴ ποίει. καὶ ἐὰν μὲν ἑκὼν πείθηται· εἰ δὲ μή, ὥςπερ ξύλον διαστρεφόμενον καὶ καμπτόμενον εὐθύνουσιν ἀπειλαῖς καὶ πληγαῖς. Μετὰ δὲ ταῦτα εἰς διδασκάλων πέμποντες πολὺ μᾶλλον ἐντέλλονται ἐπιμελεῖσθαι
E εὐκοσμίας τῶν παίδων ἢ γραμμάτων τε καὶ κιθαρίσεως. οἱ δὲ διδάσκαλοι τούτων τε ἐπιμελοῦνται, καὶ ἐπειδὰν αὖ γράμματα μάθωσι καὶ μέλλωσι συνήσειν

καὶ τάδε μὲν ποίει] Bekkerus dedit τὰ μὲν — τὰ δὲ μὴ haec: παρ' ἕκαστον καὶ ἔργον καὶ λόγον, ad superiora traxit. Neque enim recte potuit dici: ὡς βέλτιστος ἔσται παρ' ἕκαστον.

ἐὰν μὲν ἑκὼν πείθηται] Intell. εὖ ἔχει, frequenti ellipsi. v. Gregor. Corinth. de Dialect. p. 47. sqq. Fischer. ad Weller. Gr. T. III. P. II. p. 35. Thiersch. Gr. p. 643. ed. III. Xenoph. Mem. III, 11, 9. Cyrop. VII, 5, 54. VIII, 7, 24. Anab. VII, 1, 31. Aristoph. Plut. v. 468. Thesmoph. v. 136. ibique intpp. Cum proximis contulit Heusdius Themist. Orat. XXI. p. 249. A. Ceterum admodum notabilis est hic locus, quippe ex quo puerorum educatio et institutio, quae apud Athenienses illa aetate vigebat, optime cognosci queat. Conf. Creuzerus Orat. de Civitate Athenar. etc. p. 21. et in annot. p. 57.

E. *ἢ γραμμάτων τε καὶ κιθαρίσεως*] Nam pueri primum tradebantur disciplinae grammatistarum et citharistarum, quorum munus deinceps describitur accuratius. Vid. Legg. VII. p. 810. A. sqq. p. 812. A. Aristoph. Nubb. v. 955. sqq.

ὥςπερ τότε τὴν φωνήν] quemadmodum *antea* sermonem. De hoc usu voc. τότε v. Phileb. p. 114. Phaedr. p. 271. E. Politic. p. 263. E. Gorg. p. 488. C. Politic. p. 266. D. Aeschyl. Choeph. v. 973. Sophocl. Electr. v. 676. v. 907. Eurip. Med. v. 1398. Electr. v. 1203. Aristoph. Plut. v. 1118. Thesmoph. v. 13. al.

παρατιθέασιν αὐτοῖς ἐπὶ τῶν βάθρων —] Videlicet οἱ γραμματισταί. De his enim solis nunc cogitandum esse, licet antea γραμμάτων καὶ κιθαρίσεως mentio iniecta sit, docent quae mox sequuntur: οἵ τε αὖ κιθαρισταὶ — σωφροσύνης τε ἐπιμελοῦνται κ. τ. λ. — *Βάθρα* sunt subsellia scholastica. Commentarii instar est locus Legg. p. 810. E., ubi item de grammatistarum officio: λέγω μὲν, ὅτι ποιηταί τε ἡμῖν εἰσί τινες ἐπῶν ἑξαμέτρων πάμπολλοι καὶ τριμέτρων καὶ πάντων δὴ τῶν λεγομένων μέτρων, οἱ μὲν ἐπὶ σπουδήν, οἱ δὲ ἐπὶ γέλωτα ὡρμηκότες, ἐν οἷς φασι δεῖν — τοὺς ὀρθῶς παιδευομένους τῶν νέων τρέφειν καὶ διακορεῖς ποιεῖν, πολυηκόους τ' ἐν ταῖς ἀνα-

τὰ γεγραμμένα, ὥσπερ τότε τὴν φωνήν, παρατιθέασιν αὐτοῖς ἐπὶ τῶν βάθρων ἀναγιγνώσκειν ποιητῶν ἀγαθῶν ποιήματα καὶ ἐκμανθάνειν ἀναγκάζουσιν, ἐν οἷς πολλαὶ μὲν νουθετήσεις ἔνεισι, πολλαὶ δὲ διέξο- 326
δοι καὶ ἔπαινοι καὶ ἐγκώμια παλαιῶν ἀνδρῶν ἀγαθῶν, ἵνα ὁ παῖς ζηλῶν μιμῆται καὶ ὀρέγηται τοιοῦτος γενέσθαι. οἵ τ' αὖ κιθαρισταὶ ἕτερα τοιαῦτα σωφροσύνης τε ἐπιμελοῦνται καὶ ὅπως ἂν οἱ νέοι μηδὲν κακουργῶσι· πρὸς δὲ τούτοις, ἐπειδὰν κιθαρίζειν μάθωσιν, ἄλλων αὖ ποιητῶν ἀγαθῶν ποιήματα

ποίει e Bodl. et Vat. Sed Bodl. in τα accentum omittit, quod in eo libro corruptae aut suspectae lectionis indicium est.

γνῶσεσι ποιοῦντας καὶ πολυμαθεῖς, ὅλους ποιητὰς ἐκμανθάνοντας· οἱ δὲ ἐκ πάντων κεφάλαια ἐκλέξαντες καί τινας ὅλας ῥήσεις εἰς ταὐτὸ ξυναγαγόντες ἐκμανθάνειν φασὶ δεῖν εἰς μνήμην τιθεμένους, εἰ μέλλει τις ἀγαθὸς ἡμῖν καὶ σοφὸς ἐκ πολυπειρίας καὶ πολυμαθίας γενέσθαι.

P. 326. πολλαὶ δὲ διέξοδοι—] Διεξελθεῖν τῷ λόγῳ est oratione persequi, enarrare, explicare: quod saepenumero copiosae narrationis habet significationem. Itaque διέξοδοι sunt narrationes de virtutibus laudibusque virorum clarorum et illustrium.

οἵ τ' αὖ κιθαρισταί—] De citharistarum munere et officio deque musica ab ingenuis adolescentibus mature discenda et exercenda v. Legg. p. 812. A. sqq. de Republ. III. p. 398. sqq. Aristotel. Polit. T. I. p. 329. ed. Schneid. Plutarch. de Music. T. V. P. II. p. 662. ed. Wyttenb., qui loci huic nostro suam lucem affundunt. Sed dignus est imprimis qui huc transferatur locus Aristoph. Nubb. v. 958. sqq., ubi pristina musicae disciplinae severitas laudatur: εἶτ' αὖ προμαθεῖν ᾆσμ' ἐδίδασκεν, τὼ μηρὼ μὴ ξυνέχοντας, Ἢ, Παλλάδα περσέπολιν δεινάν, ἤ, Τηλέπορόν τι βόαμα, Ἐντειναμένους τὴν ἁρμονίαν, ἣν οἱ πατέρες παρέδωκαν. Εἰ δέ τις αὐτῶν βωμολοχεύσαιτ' ἢ κάμψειέν τινα καμπήν, Οἵας οἱ νῦν τὰς κατὰ Φρῦνιν, ταύτας τὰς δυσκολοκάμπτους, Ἐπετρίβετο τυπτόμενος πολλάς, ὡς τὰς μούσας ἀφανίζων. — ἕτερα τοιαῦτα, tali itidem modo, ut recte interpretatur Heindorfius. conf. p. 318. A. et infra p. 344. D: καὶ γεωργὸν — ἀμήχανον ἂν θείη καὶ ἰατρὸν ταὐτὰ ταῦτα, ubi v. annot.

ὅπως ἂν — κακουργῶσι] Observa ὅπως ἂν et coniunct. post verbum curandi, quam structuram apud Xenophontem quidem rariorem esse narrat Poppo ad Cyrop. I, 2, 10. cf. Heindorf. ad Protagor. p. 497., qui satis certa et optativi et coniunctivi exempla congessit. — εἰς τὰ κιθαρίσματα ἐντείνοντες, modis citharoedicis ea includentes. v. ad Phaedon. p. 60. D.

B διδάσκουσι, μελοποιῶν, εἰς τὰ κιθαρίσματα ἐντείνοντες, καὶ τοὺς ῥυθμούς τε καὶ τὰς ἁρμονίας ἀναγκάζουσιν οἰκειοῦσθαι ταῖς ψυχαῖς τῶν παίδων, ἵνα ἡμερώτεροί τε ὦσι, καὶ εὐρυθμότεροι καὶ εὐαρμοστότεροι γιγνόμενοι χρήσιμοι ὦσιν εἰς τὸ λέγειν τε καὶ πράττειν· πᾶς γὰρ ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου εὐρυθμίας τε καὶ εὐαρμοστίας δεῖται. Ἔτι τοίνυν πρὸς τούτοις εἰς παιδοτρίβου πέμπουσιν, ἵνα τὰ σώματα βελτίω
C ἔχοντες ὑπηρετῶσι τῇ διανοίᾳ χρηστῇ οὔσῃ, καὶ μὴ ἀναγκάζωνται ἀποδειλιᾶν διὰ τὴν πονηρίαν τῶν σω-

P. 326. B. ἔτι τοίνυν πρὸς τούτοις] Paris. E. et Flor. b. πρὸς τούτοις omittunt, probante Bekkero.

C. καὶ ταῦτα ποιοῦσιν οἱ μ. δ.] Bodl. οὐ μ. δ., unde nihil proficimus. v. annot.

πρωϊαίτατα εἰς διδασκάλων] Sic Ald. Bas. 2. cod. Bodl. Stephanus edidit εἰς διδασκαλίαν.

B. ἵν' ἡμερώτεροί τε ὦσι, καὶ εὐρ.] Quam praeclare veteres de vi et efficacia musices senserint, quum multi loci aliorum scriptorum testantur, tum Platonis verba de Republ. III. p. 401. D. E., ubi inter alia; καταδύεται, inquit, εἰς τὸ ἐντὸς τῆς ψυχῆς ὅ τε ῥυθμὸς καὶ ἁρμονία, καὶ ἐῤῥωμενέστατα ἅπτεται αὐτῆς φέροντα τὴν εὐσχημοσύνην, καὶ ποιεῖ εὐσχήμονα, ἐάν τις ὀρθῶς τραφῇ.

πᾶς γὰρ ὁ βίος —] Aristides Quintil. de Music. I. p. 2: πᾶσα ἡλικία καὶ σύμπας βίος, ἅπασα δὲ πρᾶξις μουσικῇ μόνῃ τελέως ἂν κατακοσμηθείη. Cicero de Offic. I, 40: Sicut in fidibus aut in tibiis, — sic videndum est in vita, ne forte quid discrepet, vel multo etiam magis, quo maior et melior actionum quam sonorum concentus est.

εἰς παιδοτρίβου πέμπ.] Iuvenes enim, postquam litterarum et artis musicae initia perceperant, paedotribarum disciplinae tradebantur, a quibus in gymnasiis artem athleticam docerentur. Plat. De Republ. III. p. 403. C: μετὰ δὴ μουσικὴν γυμναστικῇ θρεπτέοι οἱ νεανίαι. Alcibiad. I. p. 106. §. 7. Socrates ad Alcibiadem: ἔμαθες γὰρ σύ γε, κατὰ μνήμην ἐμήν, γράμματα καὶ κιθαρίζειν καὶ παλαίειν. Legg. VII. p. 813. A. sqq. Crit. p. 50. D. Aristoph. l. c. v. 966. item post citharistam mentionem magistri gymnastici facit. Ceterum Hesychius, Photius, alii, v. παιδοτρίβης per γυμναστής interpretantur.

C. καὶ ταῦτα ποιοῦσιν οἱ μάλιστα δυν.] Videl. πέμπουσιν αὐτοὺς εἰς διδασκάλων Neque enim de sola paedotribarum institutione nunc cogitandum esse luculenter docent verba proxima. Quocirca haec maxima distinctione a superioribus seiungere placuit. Sententiam verborum hanc esse puto: haec

μάτων καὶ ἐν τοῖς πολέμοις καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πράξεσι. καὶ ταῦτα ποιοῦσιν οἱ μάλιστα δυνάμενοι. μάλιστα δὲ δύνανται οἱ πλουσιώτατοι. καὶ οἱ τούτων υἱεῖς πρωϊαίτατα εἰς διδασκάλων τῆς ἡλικίας ἀρξάμενοι φοιτᾶν ὀψιαίτατα ἀπαλλάττονται. Ἐπειδὰν δὲ ἐκ διδασκάλων ἀπαλλαγῶσιν, ἡ πόλις αὖ τούς τε νόμους ἀναγκάζει μανθάνειν καὶ κατὰ τούτους ζῆν D κατὰ παράδειγμα, ἵνα μὴ αὐτοὶ ἐφ' αὑτῶν εἰκῇ πράττωσιν, ἀλλ' ἀτεχνῶς ὥςπερ οἱ γραμματισταὶ τοῖς μήπω δεινοῖς γράφειν τῶν παίδων ὑπογράψαντες γραμμὰς

κατὰ τούτους ζῆν κατὰ παράδειγμα] Elegans est coniectura Heindorfii: κατὰ τούτους ζῆν καθάπερ παράδειγμα, i. e. καθάπερ κατὰ παράδειγμα. Hanc rationem confirmare videtur cod. Vindob., in quo κατα caret accentu, quod erroris indicium est. Nec tamen necessaria mutatio.

omnia vero faciunt ii, qui opibus ac divitiis, quas possident, tollere facile possint omnia eruditionis ac disciplinae impedimenta. Vellem tamen codices praebuissent quod ex interpretatione Ficini: Haec nempe observant maxime ii, qui maxime possunt, restituendum coniecit Heindorfius: καὶ ταῦτα ποιοῦσι μάλιστα οἱ μάλιστα δυνάμενοι. Ceterum ad Solonis leges haec referenda sunt. His enim constitutum erat, ut Athenienses filios suos convenienter et ordini et facultatibus educarent: pauperum filii opificia saltem et artes sellularias docerentur. v. Isocrat. Areopagit. p. 333. coll. Aristot. Polit. VIII, 1.

καὶ οἱ τούτων υἱεῖς κ. τ. λ.] Ordo verborum hic est: πρωϊαίτατα τῆς ἡλικίας (conf. Matth. §. 340.) ἀρξάμενοι φοιτᾶν εἰς διδασκάλων.

ἐκ διδασκάλων ἀπαλλαγῶσιν—] Apte comparat Heindorf. Cratyl. p. 407. D: ἐκ μὲν οὖν θεῶν πρὸς θεῶν ἀπαλλαγῶμεν. De proximis v. ad Criton. p. 135.

ζῆν κατὰ παράδειγμα] i. e. ὡς κατὰ παράδειγμα. De hac appositione v. Hanov. Exercitt. in Com. Graec. libr. I. p. 140. Dobraeus ad Aristoph. Plut. v. 314. Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 782.

D. *αὐτοὶ ἐφ' αὑτῶν εἰκῇ πρ.*] ipsi per se, nullo alio docente. v. Valcken. ad Herod. VIII, 82.

ὑπογράψαντες γραμμὰς τ. γρ.] Recte Stephanus ὑπογράφειν γραμμὰς τῇ γραφίδι interpretatus est: lineas penicillo praeducere, quo recte procedat scriptura. Nam quominus litterarum elementa intelligamus a magistris praeformata, prohibet usus loquendi, ex quo γραμμαί de litteris nunquam potuit usurpari. Sunt igitur lineamenta, quibus figurae litterarum praeformabantur.

τῇ γραφίδι οὕτω τὸ γραμματεῖον διδόασι καὶ ἀναγκάζουσι γράφειν κατὰ τὴν ὑφήγησιν τῶν γραμμῶν, ὣς δὲ καὶ ἡ πόλις νόμους ὑπογράψασα, ἀγαθῶν καὶ παλαιῶν νομοθετῶν εὑρήματα, κατὰ τούτους ἀναγκάζει καὶ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι, ὃς δ' ἂν ἐκτὸς βαίνῃ τούτων, κολάζει· καὶ ὄνομα τῇ κολάσει ταύτῃ
E καὶ παρ' ὑμῖν καὶ ἄλλοθι πολλαχοῦ, ὡς εὐθυνούσης τῆς δίκης, εὐθῦναι. Τοσαύτης οὖν τῆς ἐπιμελείας οὔσης περὶ ἀρετῆς ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, θαυμάζεις, ὦ Σώκρατες, καὶ ἀπορεῖς, εἰ διδακτόν ἐστιν ἀρετή; Ἀλλ' οὐ χρὴ θαυμάζειν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον, εἰ μὴ διδακτόν.

Cap. XVI. Διὰ τί οὖν τῶν ἀγαθῶν πατέρων πολλοὶ υἱεῖς φαῦλοι γίγνονται; τοῦτο αὖ μάθε· οὐ-

D. τὸ γραμματεῖον διδόασι] V. γραμμάτιον, quod e Bodl. et Vat. cum Bekkero mutavi.

E. τῆς δίκης, εὐθῦναι] Steph. εὐθύναι, pravo accentu. Bodl. εὐθύνη superscriptum habet, quod volebat restitutum Cornarius, recte adversante Heindorfio, qui pluralem numerum in for-

ὣς δὲ καὶ ἡ πόλις —] Ὣς pro οὕτως dictum apud poetas frequens. v. Eurip. Hec. v. 882. Troad. v. 147. v. 721. Electr. v. 151. sqq. Iphig. T. v. 603. Bacch. v. 1062. al. Ex prosae orationis scriptoribus unum locum expiscatus est Heindorf. de Republ. VII. p. 530. D: ὡς πρὸς ἀστρονομίαν —, ὣς πρὸς ἐναρμόνιον φοράν. Voculam δέ in comparationibus sic positam copiose illustravit Schaefer. Melett. Crit. I. p. 59. Matth. §. 616.

E. εὐθῦναι] correctiones. Tim. Lex. p. 125. interpretatur δίκαι κατὰ τῶν ἀρξάντων κακῶς., ubi v. Ruhnken.

Cap. XVI. ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἔλεγον] P. 323. A. — οὐδένα δεῖ ἰδιωτεύειν recte, opinor, Heindorfius interpretatur: in ceteris quidem rebus alios esse δημιουργούς, alios ἰδιώτας; in iustitia nemini licere ἰδιώτῃ esse, sed unumquemque quasi δημιουργόν quendam esse oportere. Verba εἴπερ μέλλει πόλις εἶναι sic intelligas: siquidem civitas futura sit salva et incolumis; ut Criton. p. 50. B: ἢ δοκεῖ σοι οἷόν τε ἔτι ἐκείνην τὴν πόλιν εἶναι καὶ μὴ ἀνατετράφθαι, ubi inanis est Buttmanni dubitatio. Proxima sic intelligas: Nam si quod ego contendo, neminem debere virtutis minus gnarum aut imperitum esse, vere dictum est, ut est sane, rem tecum considera quovis alio studiorum et disciplinarum genere exempli causa adhibito. Nam προαιρεῖσθαι est nostrum vornehmen.

P. 327. ὁποῖός τις ἐδύ-

δὲν γὰρ θαυμαστόν, εἴπερ ἀληθῆ ἐγὼ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἔλεγον, ὅτι τούτου τοῦ πράγματος, τῆς ἀρετῆς, εἰ μέλλει πόλις εἶναι, οὐδένα δεῖ ἰδιωτεύειν. 327
Εἰ γὰρ δὴ ὃ λέγω οὕτως ἔχει — ἔχει δὲ μάλιστα πάντων οὕτως —, ἐνθυμήθητι ἄλλο τῶν ἐπιτηδευμάτων ὁτιοῦν καὶ μαθημάτων προελόμενος. εἰ μὴ οἷόν τ' ἦν πόλιν εἶναι, εἰ μὴ πάντες αὐληταὶ ἦμεν, ὁποῖός τις ἐδύνατο ἕκαστος, καὶ τοῦτο καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ πᾶς πάντα καὶ ἐδίδασκε καὶ ἐπέπληττε τὸν μὴ καλῶς αὐλοῦντα, καὶ μὴ ἐφθόνει τούτου, ὥςπερ νῦν τῶν δικαίων καὶ τῶν νομίμων οὐδεὶς φθονεῖ οὐδ' ἀποκρύπτεται ὥςπερ τῶν ἄλλων τεχνημάτων — λυ- B
σιτελεῖ γάρ, οἶμαι, ἡμῖν ἡ ἀλλήλων δικαιοσύνη καὶ ἀρετή· διὰ ταῦτα πᾶς παντὶ προθύμως λέγει καὶ δι-

mulis forensibus legitimum esse monuit ideoque non sine causa nunc positum.

Cap. XVI. P. 327. *καὶ τοῦτο καὶ ἰδίᾳ*] *καί* ante *ἰδίᾳ* accessit e Bodl. Vat. Venetis, Florent. aliis. Mox pro *ἐδίδασκε* Bekkerus e solo Vatic. *διεδίδασκε* dedit.

νατο ἕκαστος] Intell. *αὐλητὴς εἶναι*.

καὶ ἐπέπληττε τὸν μὴ κ.λ.] Verbi *ἐπιπλήττειν* cum accusativo personae constructi exemplum quum nondum a quoquam investigatum sit, dubitari profecto potest, quid de hac verborum iunctura statuendum sit. Aut enim accusativum a verbo remotiore pendere et cum *πάντα* cohaerere putare licet, aut *ἐπιπλήττειν* ad exemplum verbi *μέμφεσθαι*, quod etiam accusativum personae pro dativo sibi adiunctum habere docuit Valcken. ad Eurip. Hippolyt. v. 1402., nunc cum quarto casu construi existimandum est. Posteriorem rationem probarunt Heindorfius et Matth. §. 384. annot. 1. Illam ego praeferam, donec alterum istius structurae exemplum prolatum fuerit. Etenim poterat etiam simpliciter dici: *πᾶς πάντα ἐδίδασκε τὸν μὴ καλῶς αὐλοῦντα*. Quod quidem in mente habens scriptor interiectum istud *καὶ ἐπέπληττε* non respicit, sed casum participii superiori illi *πάντα* accommodat. v. ad Phaedon. p. 94. D. Matth. §. 428. 2. Similiter mox verba *ὥςπερ τῶν ἄλλων τεχνημάτων* cohaerent cum remotioribus *τῶν δικαίων* — *οὐδεὶς φθονεῖ*, perinde ac si *οὐδ' ἀποκρύπτεται* non esset interiectum. Veram esse hanc interpretationem docent etiam verba *καὶ μὴ ἐφθόνει τούτου*, quae more loquendi pervulgato ad *πᾶς πάντα ἐδίδασκε* referuntur. P. 320. B: *μὴ φθονήσῃς, ἀλλ' ἐπίδειξον*. Lachet. p. 200. B: *διδάξω καὶ σέ, καὶ οὐ φθονήσω*. Sympos. p. 223. A: *ἀλλ' ἔασον, καὶ μὴ φθονήσῃς τῷ μειρακίῳ ὑπ' ἐμοῦ ἐπαινεθῆναι*. Tim. p. 23. D: *φθόνος οὐδείς*, — *ἀλλὰ*

διδάσκει καὶ τὰ δίκαια καὶ τὰ νόμιμα — εἰ οὖν οὕτω καὶ ἐν αὐλήσει πᾶσαν προθυμίαν καὶ ἀφθονίαν εἴχομεν ἀλλήλους διδάσκειν, οἴει ἄν τι, ἔφη, μᾶλλον, ὦ Σώκρατες, τῶν ἀγαθῶν αὐλητῶν ἀγαθοὺς αὐλητὰς τοὺς υἱεῖς γίγνεσθαι ἢ τῶν φαύλων; οἶμαι μὲν
C οὔ, ἀλλὰ ὅτου ἔτυχεν ὁ υἱὸς εὐφυέστατος γενόμενος εἰς αὔλησιν, οὗτος ἂν ἐλλόγιμος ηὐξήθη, ὅτου δὲ ἀφυής, ἀκλεής· καὶ πολλάκις μὲν ἀγαθοῦ αὐλητοῦ φαῦλος ἂν ἀπέβη, πολλάκις δ' ἂν φαύλου ἀγαθός. ἀλλ' [οὖν] αὐληταὶ γοῦν πάντες ἦσαν ἱκανοὶ ὡς πρὸς

B. αὐλητὰς τοὺς υἱεῖς γίγνεσθαι] Vulgo γενέσθαι, σοῦ τε ἕνεκα ἐρῶ κ. τ. λ. Men. p. 71. D: εἶπον καὶ μὴ φθονήσῃς. al. Et video hanc nostram loci interpretationem probatam esse etiam Bernhardyo De Syntax. Gr. p. 351.

B. εἰ οὖν οὕτω—] Parenthesi absoluta revertitur oratio unde digressa erat: cuius rei indicium facit οὖν; ut Euthydem. p. 290. B. C. Apol. Socr. p. 29. D. p. 40. D. Sympos. p. 201. D. al.

οἴει ἄν τι, ἔφη, μᾶλλον] Exspectabas μᾶλλόν τι. Sed opportune Heind. comparat Xenoph. Cyrop. I, 6, 11: οἴει τι, ἔφη, ἧττον τοῦτο εἶναι αἰσχρόν. Neque multum discrepat Plat. Lysid. p. 204. E: οὐ γὰρ πάνυ, ἔφη, τι αὐτοῦ τοὔνομα λέγουσιν.

C. οὗτος ἂν ἐλλόγιμος ηὐξήθη] i. e. οὗτος ἂν ηὐξήθη ὥστε ἐλλόγ. γίγνεσθαι. Frequens est haec verborum αὔξειν, αἴρειν, τελεῖν, παιδεύειν, διδάσκειν, al. constructio, quam grammatici appellant prolepsin adiectivi. Demosthen. Olynth. I. c. 2. p. 19: παρακρουόμενος μέγας νῦν ηὐξήθη. Ibid. p. 20: διὰ τούτων ἤρθη μέγας. Plat. de Republ. IV. p. 424. E: ἐννόμους — ἄνδρας αὐξάνεσθαι. VIII. p. 565. C: τρέφειν τε καὶ αὔξειν μέγαν. Aeschyl. Agam. v. 761: μέγαν τελεσθέντα ὄλβον. Eurip. Heraclid. v. 575: δίδασκε σοφούς, redde sapientes, de quo genere loquendi consulas imprimis Bentlei. Epist. ad Mill. p. 18. Valcken. Diatrib. p. 205. I. B. Ahlmeyer de prolepsi poetica. Paderborn 1827. I. Fr. Con. Meyer commentatio de epithetorum ornant. vi et natura. Eutin. 1837. G. Aen. Koch. Luc. Char. p. 52 sqq. Neque aliena sunt talia: Eurip. Hecub. v. 769: ἐκβάλλει θαλασσόπλαγκτον. Ibid. v. 928: νόστιμον ἐκίνησε πόδα. Phoeniss. v. 76: φυγάδα ἀπωθεῖ. Virgil. Aen. I, 70: diversos age. De quibus v. Hermann. ad Viger. p. 897. Deinde ad ἀκλεής per zeugma intelligendum ἐγένετο.

ἀλλ' οὖν αὐληταὶ γοῦν π.] Frequens ἀλλ' οὖν — γε. Sophist. p. 254. C: ἀλλ' οὖν λόγου γε ἐνδεεῖς μηδὲν γιγνώμεθα. Aeschin. adv. Ctesiph. §. 8: ἀλλ' οὖν προβάλλεταί γέ τι πρὸ τῆς αἰσχύνης. al. vel etiam ἀλλὰ — γοῦν, ut Phaedon. p. 71. B. Vulgata scriptura orta videtur ex διττογραφίᾳ. Sed ἀλλ' οὖν — γοῦν fateor me non meminisse usquam legere.

τοὺς ἰδιώτας καὶ μηδὲν αὐλήσεως ἐπαΐοντας. οὕτως οἴου καὶ νῦν, ὅςτις σοι ἀδικώτατος φαίνεται ἄνθρωπος τῶν ἐν νόμοις καὶ ἀνθρώποις τεθραμμένων, δίκαιον αὐτὸν εἶναι καὶ δημιουργὸν τούτου τοῦ πράγματος, εἰ δέοι αὐτὸν κρίνεσθαι πρὸς ἀνθρώπους, D οἷς μήτε παιδεία ἐστὶ μήτε δικαστήρια μήτε νόμοι, μηδὲ ἀνάγκη μηδεμία διὰ παντὸς ἀναγκάζουσα ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι, ἀλλ' εἶεν ἄγριοί τινες, οἷοίπερ οὓς πέρυσι Φερεκράτης ὁ ποιητὴς ἐδίδαξεν ἐπὶ Ληναίῳ. ἦ σφόδρα ἐν τοῖς τοιούτοις ἀνθρώποις γενόμενος,

quod ex plurimis optimisque libris mutatum.

ὡς πρὸς τοὺς ἰδ.] si cum rudibus comparentur. v. Matth. §. 628.

τῶν ἐν νόμοις καὶ ἀνθρώποις τεθραμμένων] Semper mihi molestum fuit istud καὶ ἀνθρώποις. Quid enim? tibicines, quorum antea mentionem fecerat, an forte humana carere iudicandi sunt societate? Itaque vide ne vitium aliquod hic delituerit. Ficinus interpretatur: qui iniustissimus tibi videtur inter homines sub lege viventes. Quod quorsum spectet, alii viderint. Codices tamen nullum erroris indicium faciunt. Quocirca vulgata lectio utcunque explicanda. Videtur autem καὶ ἀνθρώποις cum emphasi dictum pro καὶ ἐν ἀνθρωπίνῃ παιδείᾳ. Quod cur nunc paullo obscurius significatum sit, fortasse inde explicari potest, quod mox mentionem iniicit ferorum illorum hominum et omnis humanitatis expertium, quos Pherecrates in scenam introduxisset. Hos igitur iam nunc in animo habens ἐν ἀνθρώποις τεθραμμένους commemorat. De dictionis genere v. Criton. p. 50. D: τροφήν τε καὶ παιδείαν, ἐν ᾗ καὶ σὺ ἐπαιδεύθης;

δίκαιον αὐτὸν εἶναι] Non est quod in his ἂν excidisse putemus, quamvis sequatur εἰ δέοι. Nam haec: οἴου — δίκαιον αὐτὸν εἶναι nihil aliud significant nisi hoc: δίκαιος ἂν εἴη, ὥςπερ ἐγὼ ἡγοῦμαι: quanquam paullo confidentius dicta sunt. — τούτου τοῦ πράγματος, h. e. τῆς δικαιοσύνης. — κρίνεσθαι πρὸς ἀνθρ., cum hominibus comparari. Phaedon. p. 110. A: πρὸς τὰ παρ' ἡμῖν κάλλη κρίνεσθαι οὐδ' ὁπωςτιοῦν ἄξια. Politic. p. 286. C: μὴ πρὸς ἄλληλα τὰ μήκη κρίνοντες.

D. ἀλλ' εἶεν ἄγριοί τινες—] H. e. ἀλλ' οἳ εἶεν ἄγριοί τινες, sed quos fingamus feros esse et agrestes. Sic enim hic optativus explicandus. v. ad Remp. VIII. p. 549. A.

οὓς πέρυσι Φερεκρ.] Fabulam Aristione archonte h. e. Olymp. 89. 4. editam fuisse narrat Athenaeus V. p. 240 ed. Schweig. Quod si verum est, magnae oriuntur difficultates de tempore recte definiendo, quo colloquium habitum fingitur. De qua re v. Praefat. Ceterum οἷοίπερ οὓς — ἐδίδαξεν, Casaubono ad Athenaei locum observante, breviter dictum hoc sensu: quales erant in fabu-

ὥςπερ οἱ ἐν ἐκείνῳ τῷ χορῷ μισάνθρωποι, ἀγαπήσαις ἂν, εἰ ἐντύχοις Εὐρυβάτῳ καὶ Φρυνώνδᾳ, καὶ ἀνολοφύραι' ἂν ποθῶν τὴν τῶν ἐνθάδε ἀνθρώπων
E πονηρίαν. νῦν δὲ τρυφᾷς, ὦ Σώκρατες, διότι πάντες διδάσκαλοί εἰσιν ἀρετῆς, καθ' ὅσον δύνανται ἕκαστος, καὶ οὐδείς σοι φαίνεται. εἶθ', ὥςπερ ἂν εἰ

E. οὐδείς σοι φαίνεται. εἶθ' ὥςπερ —] Heindorf. coni.

la, quam superiore anno docuit Pherecrates. — ἐπὶ Ληναίῳ. Hesychius: Ἔστι ἐν τῷ ἄστει Λήναιον, περίβολον ἔχον μέγαν, καὶ ἐν αὐτῷ Ληναίου Διονύσου ἱερόν, ἐν ᾧ ἐπετελοῦντο οἱ ἀγῶνες Ἀθηναίων, πρὶν τὸ θέατρον οἰκοδομηθῆναι. Itaque ap. Aristophan. Acharn. v. 504: οὑπὶ Ληναίῳ ἀγὼν commemoratur: item ap. Demosthen. in Mid. p. 518: ἡ ἐπὶ Ληναίῳ πομπὴ καὶ οἱ τραγῳδοὶ καὶ οἱ κωμῳδοί, v. Boeckhi Commentat. de Lenaeis in libro: Abhandlungen der Akademie der Wissenschaft. in Berlin. a. 1817. p. 81.

οἱ ἐν ἐκ. τ. χ. μισάνθρωποι] Heinrichius in Commentat., quae inscripta est: Demonstratio et restitutio loci corrupti e Platonis Protagora (Kiliae 1813. 4. ed.) docere studuit fabulam illam totam, de qua egit copiosius in libro: Epimenides aus Creta etc. p. 188. sqq. p. 192. sqq., ad artem musicam pertinuisse et ad corruptelam eam, quae mutatis legibus musicis et ad dulcedinem mollitiemque depravatis civium animos invasisse multis visa sit. Itaque Chironi, quippe Centaurorum non solum δικαιοτάτῳ, sed etiam μουσικωτάτῳ, demandatas fuisse censet partes antistitis et velut propugnatoris musicae vetustae; chorum autem arbitratur constitisse Centauris et fortasse Satyris, quippe veteranis illorum in comitatu Bacchi commilitonibus. Iam vero quum Centauri illi nullo modo dici potuerint μισάνθρωποι, scribendum censet ἡμιάνθρωποι, quandoquidem Centauros semihomines dictos esse certissime constet. Hanc sententiam viri egregii amplexi sunt etiam Astius et Iacobsius Antholog. Palat. III. 2. p. 800., qui leniore mutatione μιξάνθρωποι scribendum censuerunt. Sed vulgatae lectioni egregie nuper patrocinatus est Aug. Meinekius Commentatt. Miscell. Fasc. I. Hal. Sax. 1822. Hic enim luculenter docuit Chironem non eandem esse atque Agrios fabulam, attulitque locum Themistii Orat. XXVI. p. 323. C. ed. Hard., qui μισανθρώπους in hoc Platonis loco satis tuetur. Patet enim ex eo Pherecratem Ἀγρίους suos intelligi voluisse non semiferos illos Centauros, sed homines solitarios et ab aliorum societate remotos ideoque morosos et ad aliorum adspectum trepidantes. Itaque hominum osores, qui fortasse chorum constituebant, haud dubie ab ἀγρίοις ipsis fuere diversi. Recte, opinor, Heindorfius: „Quantum, inquit, assequi coniectura queam, rem ita institutam fuisse opinor a Pherecrate, ut chorum facerent homines non suae tantum reipublicae, sed omnium omnino hominum osores, qui civitate sua relicta quum inter feros imma-

ζητοῖς, τίς διδάσκαλος τοῦ ἑλληνίζειν, οὐδ' ἂν εἷς 328 φανείη, οὐδέ γ' ἄν, οἶμαι, εἰ ζητοῖς, τίς ἂν ἡμῖν διδάξειε τοὺς τῶν χειροτεχνῶν υἱεῖς αὐτὴν ταύτην τὴν τέχνην, ἣν δὴ παρὰ τοῦ πατρὸς μεμαθήκασι, καθ' ὅσον οἷός τ' ἦν ὁ πατὴρ καὶ οἱ τοῦ πατρὸς φίλοι ὄντες ὁμότεχνοι, τούτους ἔτι τίς ἂν διδάξειεν,

φαίνεται εἶναι· ὥςπερ ἂν εἰ ζ. κ. τ. λ. v. annot.

nesque homines secessissent, mox resipiscentes illam, unde abierant, societatem hominum civilemque vitam requirerent. Quorum exemplo Protagoras Socratem dicit eiulaturum desiderio vel pravissimorum Athenis hominum." — Phrynondas et Eurybatus propter insignem morum pravitatem proverbio celebrati sunt. v. Suidas et Harpocrat. s. v. Taylor ad Aeschin. adv. Ctesiph. p. 529. ed. Reisk. ibid. Bremi p. 362. ed. Goth. Videtur igitur Pherecrates hominum osores eos induxisse, qui, quum antea inter feros et immanes homines essent versati, tum vehementer laetati sint, quod rursus in Phrynondam et Eurybatum aliquem inciderent.

E. καθ' ὅσον δύναται ἕκαστος] V. Matth. §. 302. Deinde assentior Heindorfio corrigenti οὐδείς σοι φαίνεται εἶναι· ὥςπερ ἂν εἰ ζητοῖς κ. τ. λ., ut sententia, quae superioribus uberius illustrandis inservit, per ὥςπερ addatur non intercedente copulae vinculo; de quo genere loquendi praeter Heindorfium ad h. l. vide nostra ad Phaedon. p. 61. A.

P. 328. τίς ἂν ἡμῖν διδάξειε] ἡμῖν ne quis sollicitet, conf. Matth. §. 389. Structura verborum paullo impeditior propter anacoluthon. Nam post οὐδέ γ' ἂν inferri debebat deinde ῥᾳδίως ἂν τούτων διδάσκαλος φανείη. Quoniam autem plura interiecta sunt, mutata paullulum orationis forma haec adduntur: οὐ ῥᾴδιον οἶμαι εἶναι — τούτων διδάσκαλον φανῆναι. In quibus quod etiam negandi particula iterata est, id neminem, opinor, morabitur. Ad καθ' ὅσον — ὄντες ὁμότεχνοι liquet apud animum intelligendum esse αὐτοὺς διδάσκειν. Haec vero, τούτους ἔτι τις ἂν διδάξειεν, iterant praecedentia illa τίς ἂν ἡμῖν διδάξειε, interposito tamen ἔτι, praeterea, quod referendum ad verba ἣν δὴ παρὰ τοῦ πατρὸς μεμαθήκασι, quam iam a patre didicerunt. Itaque totum locum interpretamur sic: quemadmodum enim, si Graece loquendi magistrum quaeras, prorsus nullus apparuerit, neque etiam, opinor, si quaeras, quis nobis possit opificum filios eam ipsam artem docere, quam iam a patre acceperunt, quantum quidem per patrem eiusque amicos ὁμοτέχνους fieri id potuerat, hos, inquam, si quaeras, quis adhuc (in arte illa sua) docere possit, non facile arbitror futurum, ut quis horum magister exsistat s. prodeat; imperitorum autem facile est invenire magistrum: eadem etiam virtutis ceterarumque rerum omnium ratio est.

οὐ ῥᾴδιον οἶμαι εἶναι, ὦ Σώκρατες, τούτων διδάσκαλον φανῆναι, τῶν δὲ ἀπείρων παντάπασι ῥᾴδιον, οὕτω δὲ ἀρετῆς καὶ τῶν ἄλλων πάντων. ἀλλὰ κἂν
B εἰ ὀλίγον ἔστι τις ὅςτις διαφέρει ἡμῶν προβιβάσαι εἰς ἀρετήν, ἀγαπητόν. Ὧν δὴ ἐγὼ οἶμαι εἷς εἶναι, καὶ διαφερόντως ἂν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ὀνῆσαί τινα πρὸς τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν γενέσθαι, καὶ ἀξίως τοῦ μισθοῦ ὃν πράττομαι, καὶ ἔτι πλείονος, ὥςτε καὶ αὐτῷ δοκεῖν τῷ μαθόντι. διὰ ταῦτα καὶ τὸν τρόπον τῆς πράξεως τοῦ μισθοῦ τοιοῦτον πεποίημαι. ἐπειδὰν γάρ τις παρ' ἐμοῦ μάθῃ, ἐὰν μὲν βούληται, ἀποδέδωκεν ὃ ἐγὼ πράττομαι ἀργύριον· ἐὰν δὲ μή,
C ἐλθὼν εἰς ἱερὸν ὀμόσας, ὅσου ἂν φῇ ἄξια εἶναι τὰ μαθήματα, τοσοῦτον κατέθηκε.

Τοιοῦτόν σοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἐγὼ καὶ μῦθον καὶ λόγον εἴρηκα, ὡς διδακτὸν ἀρετή, καὶ Ἀθηναῖοι οὕτως ἡγοῦνται, καὶ ὅτι οὐδὲν θαυμαστὸν τῶν ἀγαθῶν πατέρων φαύλους υἱεῖς γίγνεσθαι καὶ τῶν φαύ-

P. 328. B. ὅσου ἂν φῇ ἄξια] Sic codd., nisi fallor, omnes. Vett. editt. ὅσου ἂν φησι, quod frustra defendit Thiersch. Gr. p. 644. 8. ed. 8.

C. πατέρων φ. υἱεῖς γίγνεσθαι] Sic longe plurimi codd. in iisque optimi. V. γενέσθαι.

ἀλλὰ κἂν εἰ ὀλίγον —] sed si quis est qui vel paullulum nobis in eo praestet, ut alios ad virtutem provehat, contenti esse debemus. De κἂν εἰ v. Matth. §. 621. Constructionem verbi διαφέρειν cum simplici infinitivo hac significatione usurpati illustravit Heindorf. ad Gorg. p. 527. B. Conf. Matth. §. 535.

B. Ὧν δὴ ἐγὼ οἶμαι —] Ex his igitur me arbitror unum esse et praeter ceteros scire aliqua, quibus quis honestus et bonus evadat, idque sic, ut dignus sim ea mercede, quam exigo, adeoque etiam maiore, ita ut ipsi etiam discenti ita videatur. De Protagora pretium institutionis a discipulis exigente v. p. 349. A. Diogene Laert. teste IX, 58. a singulis discipulis exigebat centenas minas (circ. 2250 thaleros.)

ἐπειδὰν γάρ τις —] In his γάρ rei explicationem et illustrationem additum iri significat, ut Germanico nämlich respondeat, ut p. 349. D., ubi vid. annot. De perfecto ἀποδέδωκεν v. Matth. §. 503. 2.

ἐλθὼν εἰς ἱερόν] Athenienses ad aram praestitisse iusiurandum praeter alios docuit Val-

λων ἀγαθούς, ἐπεὶ καὶ οἱ Πολυκλείτου υἱεῖς, Παράλου καὶ Ξανθίππου τοῦδε ἡλικιῶται, οὐδὲν πρὸς τὸν πατέρα εἰσί, καὶ ἄλλοι ἄλλων δημιουργῶν. τῶνδε δὲ οὔπω ἄξιον τοῦτο κατηγορεῖν. ἔτι γὰρ ἐν αὐτοῖς D εἰσιν ἐλπίδες· νέοι γάρ.

Cap. XVII. Πρωταγόρας μὲν τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα ἐπιδειξάμενος ἀπεπαύσατο τοῦ λόγου. καὶ ἐγὼ ἐπὶ μὲν πολὺν χρόνον κεκηλημένος ἔτι πρὸς αὐτὸν ἔβλεπον ὡς ἐροῦντά τι, ἐπιθυμῶν ἀκούειν· ἐπεὶ δὲ δὴ ᾐσθόμην, ὅτι τῷ ὄντι πεπαυμένος εἴη, μόγις πως ἐμαυτὸν ὡςπερεὶ συναγείρας εἶπον, βλέψας πρὸς τὸν Ἱπποκράτη· Ὦ παῖ Ἀπολλοδώρου, ὡς χάριν σοι ἔχω, ὅτι προὔτρεψάς με ὧδε ἀφικέσθαι· πολλοῦ γὰρ ποιοῦμαι ἀκηκοέναι ἃ ἀκήκοα Πρωταγόρου. ἐγὼ γὰρ E ἐν μὲν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ ἡγούμην οὐκ εἶναι ἀνθρωπίνην ἐπιμέλειαν, ᾗ οἱ ἀγαθοὶ ἀγαθοὶ γίγνονται· νῦν δὲ πέπεισμαι. πλὴν σμικρόν τί μοι ἐμποδών, ὃ δῆλον ὅτι Πρωταγόρας ῥᾳδίως ἐπεκδιδάξει,

Cap. XVII. D. ἐπεὶ δὲ δὴ ᾐσθόμ.] Sic Bodl. et Vatican. pro vulg. ἐπειδὴ δὲ ᾐσθόμ.

E. ᾗ οἱ ἀγαθοὶ ἀγαθοὶ γ.] Sic codd. optimi neque numero pauci. V. ᾗ ἀγαθοὶ οἱ ἀγ.

cken. Opuscul. T. I. p. 39. ed. Lips. Pertinet huc notissima illa de Enathlo narratio. v. Gellius N. A. V, 10. Quintil. Institutt. III, 1, 10.

C. τῶνδε δὲ οὔπω ἄξιον τοῦτο κατ.] hi vero (Paralus et Xanthippus) nondum commerentur huiusmodi reprehensionem, quum adhuc liceat bona de iis sperare propter iuventutem. Nam ἄξιόν ἐστιν est iustum est, oportet, decet, ut sexcenties.

Cap. XVII. D. ἐπὶ μὲν πολὺν χρόνον κεκηλημένος] ad multum tempus delinitus usque eum intuebar. Neque enim cum Heindorfio haec, ἐπὶ μὲν π. χρόνον, traxerim ad seq. ἔβλεπον. Menex. p. 235. A: καὶ ἑκάστοτε ἕστηκα — κηλούμενος. Ibid. B: οὕτως ἔναυλος ὁ λόγος τε καὶ ὁ φθόγγος παρὰ τοῦ λέγοντος ἐνδύεται εἰς τὰ ὦτα, ὥςτε μόγις τετάρτῃ ἢ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἀναμιμνήσκομαι ἐμαυτοῦ. — ὡς ἐροῦντά τι, putans eum aliquid dicturum. v. Matth. §. 568.

E. ῥᾳδίως ἐπεκδιδάξει] facile praeterea edocebit. Euthyphr. §. 7. extr.: ἀλλὰ σὺ δῆλον ὅτι ἐπεκδιδάξεις, ὡς ἔστιν ἀληθῆ ἃ λέγεις. Male aliquot libri ἀπεκδιδάξει.

ἐπειδὴ καὶ τὰ πολλὰ ταῦτα ἐξεδίδαξε. καὶ γὰρ εἰ μέν
329 τις περὶ αὐτῶν τούτων συγγένοιτο ὁτῳοῦν τῶν δη-
b μηγόρων, τάχ' ἂν καὶ τοιούτους λόγους ἀκούσειεν ἢ
Περικλέους ἢ ἄλλου τινὸς τῶν ἱκανῶν εἰπεῖν· εἰ δὲ ἐπανέροιτό τινά τι, ὥςπερ βιβλία οὐδὲν ἔχουσιν οὔτε ἀποκρίνασθαι οὔτε αὐτοὶ ἐρέσθαι, ἀλλ' ἐάν τις καὶ σμικρὸν ἐπερωτήσῃ τι τῶν ῥηθέντων, ὥςπερ τὰ χαλκεῖα πληγέντα μακρὸν ἠχεῖ καὶ ἀποτείνει, ἐὰν μὴ ἐπιλάβηταί τις, καὶ οἱ ῥήτορες οὕτω σμικρὰ ἐρωτη-

P. 329. B. ἐρωτηθεὶς ἀποκρίνασθαι] Cod. r. et Vindob. Vulgo ἀποκρίνεσθαι.

P. 329. εἰ δὲ ἐπανέροιτό τινά τι —] Si quis, inquit, aliquem ex istis oratoribus interroget quippiam, quod non ab ipsis dictum sit, non habent quod respondeant aut dicant: sed si quis vel tantillum eorum, quae ipsi oratione sua explicarunt, denuo attingat interrogando, oritur continuo longus ac prolixus sermo, qui veluti tinnula aera diu resonat. In his vereor ne vitium aliquod lateat. Quum enim ἐπανερέσθαι sit interrogare aliquid praeter illa, quae ipsi oratores dixerunt, haud scio an deinde parum accurate dicatur ἐπερωτήσῃ. Equidem scriptum malim ἀνερωτήσῃ, h. e. interrogando denuo attingat. Quanquam codices veterem lectionem tuentur omnes. Deinde ad ἀποτείνει facile intelligas τὸν ἦχον ex praecedentibus. Similiter verbum sine casu et absolute positum Gorg. p. 458. B: καὶ νῦν ἴσως πόῤῥω ἀποτενοῦμεν, ἢν διαλεγώμεθα, i. e. μακρολογήσομεν. Verbum ἐπιλαμβάνεσθαι eleganter positum, quum et proprie de iis dicatur, qui vasa contrectant eoque sonum eorum reprimunt, et metaphorice significet redarguere et reprehendere, veluti Sympos. p. 214. E. Gorg. p. 469. C. al. Proxima καὶ οἱ ῥήτορες οὕτω κ. τ. λ. referenda sunt ad ὥςπερ τὰ χ. πλ. μ. ἠχεῖ. Vulgaris loquendi consuetudo exigebat οὕτω καὶ οἱ ῥήτορες σμ., quod non vereor ne ex Paris. E. revocandum sit. De Rep. I. p. 354. B: ὥςπερ οἱ λίχνοι ἀπογεύονται, καὶ ἐγώ μοι δοκῶ οὕτως κ. τ. λ. IX. p. 585. A: ὥςπερ δὲ πρὸς τὸ μέλαν ἀποσκοποῦντες, καὶ πρὸς τὸ ἄλυπον οὕτως κ. τ. λ. Phaedr. p. 230. D. al. Denique δολιχὸν τοῦ λόγου κατατείνουσι dictum pro δολιχὸν τὸν λόγον κατατείνουσι, de quo loquendi genere v. Matth. §. 442. 2.

B. ὡς αὐτὰ δηλοῖ] ut res ipsa docet. Frequens formula αὐτὸ δηλοῖ, αὐτὸ δείξει, αὐτὸ σημαίνει. Sed inusitatus est numerus pluralis αὐτά, quem Stephanus et Hemsterhusius Anecdot. p. 177. T. I. in αὐτό mutandum iudicarunt. Neque tamen in tanta librorum omnium de vulgata scriptura consensione quidquam mutaverim, praesertim quum locus Xenoph. Cyrop. VI, 1, 7. ab Heindorfio comparatus: ὅπου

θέντες δολιχὸν κατατείνουσι τοῦ λόγου. Πρωταγόρας δὲ ὅδε ἱκανὸς μὲν μακροὺς λόγους καὶ καλοὺς εἰπεῖν, ὡς αὐτὰ δηλοῖ, ἱκανὸς δὲ καὶ ἐρωτηθεὶς ἀποκρίνασθαι κατὰ βραχὺ καὶ ἐρόμενος περιμεῖναί τε καὶ ἀποδέξασθαι τὴν ἀπόκρισιν, ἃ ὀλίγοις ἐστὶ παρεσκευασμένα. νῦν οὖν, ὦ Πρωταγόρα, σμικροῦ τινος ἐνδεής εἰμι πάντ' ἔχειν, εἴ μοι ἀποκρίναιο τόδε. τὴν ἀρετὴν φῂς διδακτὸν εἶναι, καὶ ἐγὼ εἴπερ ἄλλῳ τῳ B

ἐνδεής εἰμι πάντ' ἔχειν] Vindobb. cum Vat. r. εἰμι καὶ πάντ' ἔχειν.

εἴπερ ἄλλῳ τῳ ἀνθρ.] Bodl. Vat. ἄλλῳ τῶν ἀνθρ. Male.

αὐτὰ τὰ ἔργα δεικνύει τὸ κράτιστον, eam satis tueri videatur. Nec tamen recte huc affertur Sophocl. Oed. Tyr. v. 341., ubi Scholiastes αὐτά recte interpretatur αὐτόματα.

σμικροῦ τινος ἐνδ. εἰμ.] paullulum quid requiro, ut omnia habeam, si mihi ad hoc respondeas. De hoc infinitivo v. Matth. §. 532. d. Optativus post indicativum κατὰ τὸ νοούμενον infertur: nam haec: σμ. τ. ἐνδ. εἰμι, fere idem significant quod: νῦν οὖν πάντ' ἂν ἔχοιμι, ut acute vidit Heindorfius.

εἴπερ ἄλλῳ τῳ —, καὶ σοὶ πείθομαι] Phaedon. p. 63. C: εὖ ἴστε, ὅτι, εἴπερ τι ἄλλο τῶν τοιούτων, διισχυρισαίμην ἂν καὶ τοῦτο. Sed hoc genus loquendi satis frequens. Notandum potius ἂν post εἴπερ illatum, quod fuerunt qui non ferendum iudicarent. Sed mutationem in talibus non probandam esse arguit exemplorum copia, quae praeter Heindorfium ad h. l. congesserunt Schaefer. Melett. Crit. p. 50. sqq. ad Demosthen. Apparat. T. III. p. 155. Hermann. ad Viger. p. 830. Bornemann. de Gem. Cyrop. Xenoph. recension. p. 20. Schneider. ad Xenoph. Opp. Politic. p. 472. Thiersch. Gr. p. 636. 6. ed. III. Fritsche Quaestionn. Luciann. p. 185. Neque obscura est ratio huius verborum iuncturae. Refertur enim sententia conditionalis, quae ἂν adiunctum habet, ad aliam quandam conditionem, sive indicatam illam verbi alicuius accessione, sive ex orationis serie facile intelligendam. Veluti ap. Xenophont. de Vectigal. VI, 2: εἰ λῷον καὶ ἄμεινον εἴη ἂν τῇ πόλει οὕτω κατασκευαζομένῃ, perspecte Schaeferus ad Demosthen. l. c. observavit οὕτω κατασκευαζομένῃ esse idem quod εἰ οὕτω κατασκευάζοιτο. In talibus autem locis, qualis est Platonis, facile ipse cogitatione adieceris sententiam, ex qua verba quasi suspensa sunt. Et hic quidem quae desunt commode suppleveris hoc modo: si ulli alii fidem habeam, id mihi affirmanti, i. e. si mihi id ille affirmet. Ad eundem modum Germanice dicas: und wenn ich irgend einem andern in der Welt Glauben beimessen würde, so glaube ich dir es. Sed v. ad Menon. p. 50. sq.

τῇ γραφῖδι οὕτω τὸ γραμματεῖον διδόασι καὶ ἀναγκάζουσι γράφειν κατὰ τὴν ὑφήγησιν τῶν γραμμῶν, ὣς δὲ καὶ ἡ πόλις νόμους ὑπογράψασα, ἀγαθῶν καὶ παλαιῶν νομοθετῶν εὑρήματα, κατὰ τούτους ἀναγκάζει καὶ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι, ὃς δ' ἂν ἐκτὸς βαίνῃ τούτων, κολάζει· καὶ ὄνομα τῇ κολάσει ταύτῃ
E καὶ παρ' ὑμῖν καὶ ἄλλοθι πολλαχοῦ, ὡς εὐθυνούσης τῆς δίκης, εὐθῦναι. Τοσαύτης οὖν τῆς ἐπιμελείας οὔσης περὶ ἀρετῆς ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, θαυμάζεις, ὦ Σώκρατες, καὶ ἀπορεῖς, εἰ διδακτόν ἐστιν ἀρετή; Ἀλλ' οὐ χρὴ θαυμάζειν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον, εἰ μὴ διδακτόν.

Cap. XVI. Διὰ τί οὖν τῶν ἀγαθῶν πατέρων πολλοὶ υἱεῖς φαῦλοι γίγνονται; τοῦτο αὖ μάθε· οὐ-

D. τὸ γραμματεῖον διδόασι] V. γραμμάτιον, quod e Bodl. et Vat. cum Bekkero mutavi.

E. τῆς δίκης, εὐθῦναι] Steph. εὐθύναι, pravo accentu. Bodl. εὐθύνῃ superscriptum habet, quod volebat restitutum Cornarius, recte adversante Heindorfio, qui pluralem numerum in for-

ὣς δὲ καὶ ἡ πόλις —] Ὣς pro οὕτως dictum apud poetas frequens. v. Eurip. Hec. v. 882. Troad. v. 147. v. 721. Electr. v. 151. sqq. Iphig. T. v. 603. Bacch. v. 1062. al. Ex prosae orationis scriptoribus unum locum expiscatus est Heindorf. de Republ. VII. p. 530. D: ὡς πρὸς ἀστρονομίαν —, ὣς πρὸς ἐναρμόνιον φοράν. Voculam δέ in comparationibus sic positam copiose illustravit Schaefer. Melett. Crit. I. p. 59. Matth. §. 616.

E. εὐθῦναι] correctiones. Tim. Lex. p. 125. interpretatur δίκαι κατὰ τῶν ἀρξάντων κακῶς., ubi v. Ruhnken.

Cap. XVI. ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἔλεγον] P. 323. A. — οὐδένα δεῖ ἰδιωτεύειν recte, opinor, Heindorfius interpretatur: in ceteris quidem rebus alios esse δημιουργούς, alios ἰδιώτας; in iustitia nemini licere ἰδιώτῃ esse, sed unumquemque quasi δημιουργόν quendam esse oportere. Verba εἴπερ μέλλει πόλις εἶναι sic intelligas: siquidem civitas futura sit salva et incolumis; ut Criton. p. 50. B: ἢ δοκεῖ σοι οἷόν τε ἔτι ἐκείνην τὴν πόλιν εἶναι καὶ μὴ ἀνατετράφθαι, ubi inanis est Buttmanni dubitatio. Proxima sic intelligas: Nam si quod ego contendo, neminem debere virtutis minus gnarum aut imperitum esse, vere dictum est, ut est sane, rem tecum considera quovis alio studiorum et disciplinarum genere exempli causa adhibito. Nam προαιρεῖσθαι est nostrum vornehmen.

P. 327. ὁποῖός τις ἐδύ-

δὲν γὰρ θαυμαστόν, εἴπερ ἀληθῆ ἐγὼ ἐν τοῖς ἔμ-
προσθεν ἔλεγον, ὅτι τούτου τοῦ πράγματος, τῆς ἀρε-
τῆς, εἰ μέλλει πόλις εἶναι, οὐδένα δεῖ ἰδιωτεύειν. 327
Εἰ γὰρ δὴ ὃ λέγω οὕτως ἔχει — ἔχει δὲ μάλιστα
πάντων οὕτως —, ἐνθυμήθητι ἄλλο τῶν ἐπιτηδευ-
μάτων ὁτιοῦν καὶ μαθημάτων προελόμενος. εἰ μὴ
οἷόν τ' ἦν πόλιν εἶναι, εἰ μὴ πάντες αὐληταὶ ἦμεν,
ὁποῖός τις ἐδύνατο ἕκαστος, καὶ τοῦτο καὶ ἰδίᾳ καὶ
δημοσίᾳ πᾶς πάντα καὶ ἐδίδασκε καὶ ἐπέπληττε τὸν
μὴ καλῶς αὐλοῦντα, καὶ μὴ ἐφθόνει τούτου, — ὥςπερ
νῦν τῶν δικαίων καὶ τῶν νομίμων οὐδεὶς φθονεῖ οὐδ'
ἀποκρύπτεται ὥςπερ τῶν ἄλλων τεχνημάτων — λυ- B
σιτελεῖ γάρ, οἶμαι, ἡμῖν ἡ ἀλλήλων δικαιοσύνη καὶ
ἀρετή· διὰ ταῦτα πᾶς παντὶ προθύμως λέγει καὶ δι-

mulis forensibus legitimum esse monuit ideoque non sine causa nunc positum.

Cap. XVI. P. 327. *καὶ τοῦτο καὶ ἰδίᾳ*] καί ante ἰδίᾳ accessit e Bodl. Vat. Venetis, Florent. aliis. Mox pro ἐδίδασκε Bekkerus e solo Vatic. διεδίδασκε dedit.

νατο ἕκαστος] Intell. αὐλητὴς εἶναι.

καὶ ἐπέπληττε τὸν μὴ καλ.] Verbi ἐπιπλήττειν cum accusativo personae constructi exemplum quum nondum a quoquam investigatum sit, dubitari profecto potest, quid de hac verborum iunctura statuendum sit. Aut enim accusativum a verbo remotiore pendere et cum πάντα cohaerere putare licet, aut ἐπιπλήττειν ad exemplum verbi μέμφεσθαι, quod etiam accusativum personae pro dativo sibi adiunctum habere docuit Valcken. ad Eurip. Hippolyt. v. 1402., nunc cum quarto casu construi existimandum est. Posteriorem rationem probarunt Heindorfius et Matth. §. 384. annot. 1. Illam ego praeferam, donec alterum istius structurae exemplum prolatum fuerit. Etenim poterat etiam simpliciter dici: πᾶς πάντα ἐδίδασκε τὸν μὴ καλῶς αὐλοῦντα. Quod quidem in mente habens scriptor interiectum istud καὶ ἐπέπληττε non respicit, sed casum participii superiori illi πάντα accommodat. v. ad Phaedon. p. 94. D. Matth. §. 428. 2. Similiter mox verba ὥςπερ τῶν ἄλλων τεχνημάτων cohaerent cum remotioribus τῶν δικαίων — — οὐδεὶς φθονεῖ, perinde ac si οὐδ' ἀποκρύπτεται non esset interiectum. Veram esse hanc interpretationem docent etiam verba καὶ μὴ ἐφθόνει τούτου, quae more loquendi pervulgato ad πᾶς πάντα ἐδίδασκε referuntur. P. 320. B: μὴ φθονήσῃς, ἀλλ' ἐπίδειξον. Lachet. p. 200. B: διδάξω καὶ σέ, καὶ οὐ φθονήσω. Sympos. p. 223. A: ἀλλ' ἔασον, καὶ μὴ φθονήσῃς τῷ μειρακίῳ ὑπ' ἐμοῦ ἐπαινεθῆναι. Tim. p. 23. D: φθόνος οὐδείς, — ἀλλὰ

δάσκει καὶ τὰ δίκαια καὶ τὰ νόμιμα — εἰ οὖν οὕτω καὶ ἐν αὐλήσει πᾶσαν προθυμίαν καὶ ἀφθονίαν εἴχομεν ἀλλήλους διδάσκειν, οἴει ἄν τι, ἔφη, μᾶλλον, ὦ Σώκρατες, τῶν ἀγαθῶν αὐλητῶν ἀγαθοὺς αὐλητὰς τοὺς υἱεῖς γίγνεσθαι ἢ τῶν φαύλων; οἶμαι μὲν
C οὔ, ἀλλὰ ὅτου ἔτυχεν ὁ υἱὸς εὐφυέστατος γενόμενος εἰς αὔλησιν, οὗτος ἂν ἐλλόγιμος ηὐξήθη, ὅτου δὲ ἀφυής, ἀκλεής· καὶ πολλάκις μὲν ἀγαθοῦ αὐλητοῦ φαῦλος ἂν ἀπέβη, πολλάκις δ' ἂν φαύλου ἀγαθός. ἀλλ' [οὖν] αὐληταὶ γοῦν πάντες ἦσαν ἱκανοὶ ὡς πρὸς

B. αὐλητὰς τοὺς υἱεῖς γίγνεσθαι] Vulgo γενέσθαι, σοῦ τε ἕνεκα ἐρῶ κ. τ. λ. Men. p. 71. D: εἶπον καὶ μὴ φθονήσῃς. al. Et video hanc nostram loci interpretationem probatam esse etiam Bernhardyo De Syntax. Gr. p. 351.

B. εἰ οὖν οὕτω —] Parenthesi absoluta revertitur oratio unde digressa erat: cuius rei indicium facit οὖν: al. Euthydem. p. 290. B. C. Apol. Socr. p. 29. D. p. 40. D. Sympos. p. 201. D. al.

οἴει ἄν τι, ἔφη, μᾶλλον] Exspectabas μᾶλλόν τι. Sed opportune Heind. comparat Xenoph. Cyrop. I, 6, 11: οἴει τι, ἔφη, ἧττον τοῦτο εἶναι αἰσχρόν. Neque multum discrepat Plat. Lysid. p. 204. E: οὐ γὰρ πάνυ, ἔφη, τὸ αὐτοῦ τοὔνομα λέγουσιν.

C. οὗτος ἂν ἐλλόγιμος ηὐξήθη] i. e. οὗτος ἂν ηὐξήθη ὥστε ἐλλόγ. γίγνεσθαι. Frequens est haec verborum αὔξειν, αἴρειν, τελεῖν, παιδεύειν, διδάσκειν, al. constructio, quam grammatici appellant prolepsin adiectivi. Demosthen. Olynth. I. c. 2. p. 10: παρακρουόμενος μέγας νῦν ηὐξήθη. Ibid. p. 20: διὰ τούτων ἤρθη μέγας. Plat. de Republ. IV. p. 424. E: ἐννόμους — ἄνδρας αὐξάνεσθαι. VIII. p. 565. C: τρέφειν τε καὶ αὔξειν μέγαν. Aeschyl. Agam. v. 761: μέγαν τελεσθέντα ὄλβον. Eurip. Heraclid. v. 575: δίδασκε σοφούς, redde sapientes, de quo genere loquendi consulas imprimis Bentlei. Epist. ad Mill. p. 18. Valcken. Diatrib. p. 205. I. B. Ahlmeyer de prolepsi poetica. Paderborn 1827. I. Fr. Con. Meyer commentatio de epithetorum ornant. vi et natura. Eutin. 1837. G. Aen. Koch, Luc. Char. p. 52 sqq. Neque aliena sunt talia: Eurip. Hecub. v. 769: ἐκβάλλει θαλασσόπλαγκτον. Ibid. v. 928: νόστιμον ἐκίνησε πόδα. Phoeniss. v. 76: φυγάδα ἀπωθεῖ. Virgil. Aen. I, 70: diversos age. De quibus v. Hermann. ad Viger. p. 897. Deinde ad ἀκλεής per zeugma intelligendum ἐγένετο.

ἀλλ' οὖν αὐληταὶ γοῦν π.] Frequens ἀλλ' οὖν — γε. Sophist. p. 254. C: ἀλλ' οὖν λόγου γε ἐνδεεῖς μηδὲν γιγνώμεθα. Aeschin. adv. Ctesiph. §. 3: ἀλλ' οὖν προβάλλεταί γέ τι πρὸ τῆς αἰσχύνης. al. vel etiam ἀλλὰ — γοῦν, ut Phaedon. p. 71. B. Vulgata scriptura orta videtur ex διττογραφίᾳ. Sed ἀλλ' οὖν — γοῦν fateor me non meminisse usquam legere.

τοὺς ἰδιώτας καὶ μηδὲν αὐλήσεως ἐπαΐοντας. οὕτως οἴου καὶ νῦν, ὅστις σοι ἀδικώτατος φαίνεται ἄνθρωπος τῶν ἐν νόμοις καὶ ἀνθρώποις τεθραμμένων, δίκαιον αὐτὸν εἶναι καὶ δημιουργὸν τούτου τοῦ πράγματος, εἰ δέοι αὐτὸν κρίνεσθαι πρὸς ἀνθρώπους, D
οἷς μήτε παιδεία ἐστὶ μήτε δικαστήρια μήτε νόμοι, μηδὲ ἀνάγκη μηδεμία διὰ παντὸς ἀναγκάζουσα ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι, ἀλλ' εἶεν ἄγριοί τινες, οἷοίπερ οὓς πέρυσι Φερεκράτης ὁ ποιητὴς ἐδίδαξεν ἐπὶ Ληναίῳ. ἦ σφόδρα ἐν τοῖς τοιούτοις ἀνθρώποις γενόμενος,

quod ex plurimis optimisque libris mutatum.

ὡς πρὸς τοὺς ἰδ.] si cum rudibus comparentur. v. Matth. §. 628.

τῶν ἐν νόμοις καὶ ἀνθρώποις τεθραμμένων] Semper mihi molestum fuit istud *καὶ ἀνθρώποις*. Quid enim? tibicines, quorum antea mentionem fecerat, an forte humana carere iudicandi sunt societate? Itaque vide ne vitium aliquod hic delituerit. Ficinus interpretatur: qui iniustissimus tibi videtur inter homines sub lege viventes. Quod quorsum spectet, alii viderint. Codices tamen nullum erroris indicium faciunt. Quocirca vulgata lectio utcunque explicanda. Videtur autem *καὶ ἀνθρώποις* cum emphasi dictum pro *καὶ ἐν ἀνθρωπίνῃ παιδείᾳ*. Quod cur nunc paullo obscurius significatum sit, fortasse inde explicari potest, quod mox mentionem iniicit ferorum illorum hominum et omnis humanitatis expertium, quos Pherecrates in scenam introduxisset. Hos igitur iam nunc in animo habens *ἐν ἀνθρώποις τεθραμμένους* commemorat. De dictionis genere v. Criton. p. 50. D: *τροφήν τε καὶ παιδείαν, ἐν ᾗ καὶ σὺ ἐπαιδεύθης;*

δίκαιον αὐτὸν εἶναι] Non est quod in his *ἂν* excidisse putemus, quamvis sequatur *εἰ δέοι*. Nam haec: *οἴου — δίκαιον αὐτὸν εἶναι* nihil aliud significant nisi hoc: *δίκαιος ἂν εἴη, ὥσπερ ἐγὼ ἡγοῦμαι*: quanquam paullo confidentius dicta sunt. — *τούτου τοῦ πράγματος*, h. e. *τῆς δικαιοσύνης*. — *κρίνεσθαι πρὸς ἀνθρ.*, cum hominibus comparari. Phaedon. p. 110. A: *πρὸς τὰ παρ' ἡμῖν κάλλη κρίνεσθαι οὐδ' ὁπωστιοῦν ἄξια.* Politic. p. 286. C: *μὴ πρὸς ἄλληλα τὰ μήκη κρίνοντες.*

